

# BULLARII ROMANI

CONTINUATIO

SUMMORUM PONTIFICUM

CLEMENTIS XIII. CLEMENTIS XIV.  
PII VI. PII VII. LEONIS XII.  
ET PII VIII.

CONSTITUTIONES, LITERAS IN FORMA BREVIS  
EPISTOLAS AD PRINCIPES VIROS, ET ALIOS  
ATQUE ALLOQUUTIONES COMPLECTENS

QUAS COLLEGIT

ANDREAS ADVOCATUS BARBERI

CURIE CAPITOLII COLLATERALIS

ADDITIS SUMMARIIS, ADNOTATIONIBUS, INDICIBUS

OPERA, ET STUDIO

COMITIS ALEXANDRI SPETIA I. C.



TOMUS PRIMUS

CONTINENS PONTIFICATUS

CLEMENTIS XIII.

ANNUM PRIMUM, ET SECUNDUM



ROMÆ

EX TYPOGRAPHIA REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ

1855



CLEMENS XIII

VENETUS

CREATUS DIE VI

*P. Ant. Fazzi sculp.*

*Obijt die 2.*



REZZONICUS

PONT. MAX.

JULII MDCCLVIII

*Februarij 1769.*

SECRET

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

SECRET

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

**R A R O L O**

EX PRINCIPIBUS

**O D E S C A L C H I I S**

**S. R. E. CARDINALI**

**EPISCOPO SABINENSI**

**LIBERIANÆ BASILICÆ ARCHIPRESBYTERO**

**SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI**

**GREGORII XVI.**

**IN ALMA URBE VICARIO**



**E D I T O R E S**

**Q**uod diu nobiscum multum cogitabamus, de aliquo observantiae erga Te Nostrae, nostrique famulatus argumento Tibi, Eminentissime Princeps, consecrando hodierna die Nobis oblatum esse, quammaxime laetamur. Publicam namque in lucem quum prodeat Volumen primum Continuationis Bullarii Romani, Apostolicas Constitutiones, Decreta, Epistolas ad Principes, aliosque Clarissimos Viros complectens, quibus vel Ecclesiastica firmatur libertas, vel Apostolicæ Sedis

jura servantur, vel Christianae Religionis, et Evangelicae doctrinae procuratur incrementum, et splendor, vel Literarum, Scientiarumque bono consulitur, vel tandem Temporalis Potestatis exercitio prospicitur in Pontificatibus, qui obtinere a S. M. Clementis XIII. usque ad finem Supremi Sacerdotii Pii VIII. Recol. Mem.; Istud Tibi prae caeteris nuncupandum esse intelligebamus, Teque Mecenatem Amplissimum deligendum, qui Tuo quodam jure hoc muneris specimen Tibi vindicas, quum pro P. O. M. Gregorio XVI. feliciter Regnante Vicariam in Alma Urbe potestatem teneas. Movit etiam nos plurimum eximia illa Tua jurisprudentia, cujus in Sacro Romano Auditorio, et in Stilitibus judicandis Suprema Auctoritate pro Pio VII. Sanctae Memoriae, innumera fere exempla praebuisti. Quod si summa, qua praestas humilitas, nobis vetat libere dicere quidquid de Te sentimus, nemo est qui non videat, sine virtutum, meritorumque cumulo, eam quam adeptus es famam, difficillimis praesertim temporibus, consequi non potuisse, et ad Cardinalitium apicem ascendere in ipsa veluti florente aetate. Haec sunt, Cardinalis Amplissime, quae caete-

ris, Te jubente, praetermissis, consilium voluntatemque nostram declarant, unde Volumen hoc Tibi offeramus: Quaecumque sit devoti animi nostri significationis argumentum, paterna id suscepturum benignitate, nosque Tuis etiam munitorum auspiciis confidimus.



# Handwritten Title

Handwritten paragraph 1

Handwritten paragraph 2

Handwritten paragraph 3

Handwritten paragraph 4

Handwritten paragraph 5

Handwritten paragraph 6

# P R Æ F A T I O



I. **O**riginis , atque progressus Pontificii juris historiam , licet in compendium redactam , scripturo , res mihi altius repetenda est , a collectione scilicet Canonum Apostolicorum , qui , et si non sint ab Apostolis ipsis conscripti , a Graecis tamen Christianis per constantem traditionem fideliter servati , ac pro maxima parte ex synodis , et disciplina , qua tribus primis saeculis Ecclesia utebatur collecti , deinceps literis consignati videntur.

Cujus rei argumento est antiqua illa , qua redolent pietas (1) , atque simplicitas , quamvis ars critica in illis inveniatur recentius quidpiam quam ferat Apostolorum aetas , et inter eos nonnulli a germana illorum temporum doctrina paulum deflectentes irrepserint. Idem plane dicendum de iis , qui a Sancto Clemente Romano primum collecti , in publicam lucem prodierunt. Canones hi juris Pontificii primordia sunt de quorum numero tamen certo non constat , Nam Trullana Synodus ex iis octoginta retinuit , Latini quinquaginta solum ut vere Apostolicos venerantur. Hi sunt vere antiquissimi , sanamque continet doctrinam , exceptis iis , qui temporis lapsu , et de hominum industria in eos intrusi fuerunt. Totidem in suam collectionem retulit *Dionysius* cognomento *exiguus* ; magnus sane vir , et qui primus Pontificii juris assertor , institutorque habeatur. Hic Epistolas Decretales *Syricii* , *Innocentii* , *Zosimi* , *Bonifacii* , *Celestini* , *LEONIS PRIMI* , *Gelasii* , *Anastasii* ab anno 385 , ad annum 496 , primus collegit. Hinc procedenti tempore auctarium accessit ad epistolas *Syricii* , incerto auctore , et Decretorum continuatio Pontificiorum ab *Hilario* ad *Gregorium II.* ab anno scilicet 481 , ad annum usque 715 (2).

(1) Apostolorum , et Sanctorum Conciliorum decreta , unde sacrienda Ecclesiae concordia. Parisiis 1511 4.<sup>o</sup> repetita Altorphii 1733 8.<sup>o</sup>

(2) Bibliotheca juris Canonici a Voellio , et Justello tom. 1 pag. 183 edit. Parisiis 1661 Graec. lat. fol. V. 2 repetita Helmstadii 1663 4.<sup>o</sup> In synodico Beveregii Oxonii 1672 V. 2 fol. et Londini 1678 4.<sup>o</sup> In codice canonum Pithaci Parisiis 1687 fol.



Haec *Hadriana* collectio postmodum nuncupata est, cum scilicet Hadrianus Pontifex illam Carolo Magno donavit, qui excerptos inde Canones inter Capitularia sua cooptavit (1). Isidorus *Mercator*, sive *Peccator*, Epistolarum, de quibus verba feci, ac decretorum numerum auxit post Damasi Pontificis obitum: quod opus maximas post plura saecula turbas excitavit, quin tamen vel antiquis collectionibus Isidoriana fraus fidem minueret, vel recentioribus, auctoritatem. Non enim Decretales illae ansam turbis dederunt ob doctrinam, et disciplinam in eis contentam, nec turbas excitaverunt quoad materiam criticae eruditorum, sed quoad auctores quibus inscribuntur, et nonnulla alia. Protestantes, Janseniani, et Febroniani eorum praetextu turbas moverunt. Isidorum quoad nonnulla sequuti (2) interdum *Burchardus Vormacensis*, *Anselmus Carnotensis*, et *Ivo* (3) decentem locum nihilominus nacti sunt in collectionibus adornatis ab *Antonio Augustino* et *Jacobo Cujacio* (4).

II. Caeterum *Anselmi* nomine propemodum incerto excerpta, quae canonum, et Pontificiarum Constitutionum innotuerant, ea completa, et in ordinem, titulosque digesta servat Codex Vaticanus, signatus numero 1365, scriptus saeculo, ut videtur XI., aut XII. Collectorem enim indicat recentius aliud exemplar, quod ab illo Codice fortasse duodecimo saeculo depromptum extat in Barberina Bibliotheca sub numero 1881 quandoquidem huic inscriptus est titulus. „ Incipit capitulatio librorum, quos Beatus Anselmus Lucensis Episcopus de coequalibus causis singulos in hoc volumine libros composuit „. Progreditur autem hic codex usque ad *Gelasium II.*, qui obiit anno 1119; continetque ea quae Antipapam *Gregorium* respiciunt. Inscriptio hujusmodi, et in aliis recentioribus Vaticanis Codicibus decimi sexti saeculi occurrit sub numero 5531 - 4985. Prior mutilus est, utpote qui non progredi-

- (1) Capitula Caroli Magni, et Ludovici Pii Christianissimorum Regum, et Imperatorum Francorum, sive leges Ecclesiasticae, et civiles ex bibliotheca Pithoejana Parisiis 1603 8°. Capitularia Regum Francorum, Marculphi Monachi, et aliorum Sententiae veteres a Stephano Balutio Parisiis 1773 fol. tom. 2.
- (2) Isidorianae Collectionis codicem visum ab Antonio Augustino in Bibliotheca Ecclesiae Urgellensis provinciae Terraconensis, testatur ipse Balutius in dicta praefatione ad Regionem Parag. 3.
- (3) Collectio haec inscribitur *Pannormia*, constans duabus partibus, altera edita Basileae 1499 altera Lovanii 1557 curante Victore Vosmadiano fol.
- (4) Antiquae Decretalium collectiones ab Antonio Augustino, et Jacobo Cujacio Parisiis 1609 fol.

tur ultra librum VII : itemque alter similis codex Bibliothecae regiae Parisiensis signatus Num. 1644 ceu describitur in editione hujus ipsius bibliothecae vulgata Parisiis anno 1744 pag. 112 : alium ex Archivio Basilicae Vaticanae retulit quoque Codicem et in suam Bibliothecam Bibliothecarum Manusc. pag. 156 Montfaucon eumque duodecimo saeculo editum putat , cui a recentiore aliquo Anselmi operum Collectoris inscriptum nomen existimat. Utinam ditissima haec juris Pontificii supellex aliquando in lucem proferatur !

III. Nihil enim singulari mentione dignum attulere *Phosius* , *Stephanus Ephesinus* , *Baldericus Liegensis* , *Bonnizo* , *Deusdedit* , *Alexius Aristius* , *Joannes Zonaras* , *Theodorus Balsamo* , *Constantinus Harmenopulus* , *Simeo Logotheta* , *Joannes Anthiochenus* , *Michael Psellus* , *Fulgentius Ferrandus* , *Cresconius* , et cæteri , qui , commentaria sua repetitis , canonibus addiderunt. Gratianus , æternum Bononiensis Atheni decus , omnem veterem auri , argentique massam refudit , uti suum opus conflaret quod inscripsit „ *Decretorum canonicorum Collectanea* , seu *concordantia* , *discordantium canonum* „ (1). Sane ex locis Sacrae Scripturae , canonibus quinquaginta Apostolicis , conciliis generalibus , atque particularibus , decretalibus Summorum Pontificum , Sententiis SS. Patrum , etiam ex jure civili romano , et capitularibus Regum Francorum , rescriptis aliquot Imperatorum , historia Ecclesiastica , ex libro Diurno , atque ex ordine poenitentiali , totum conflatum est *Gratiani* opus , quod *Decreti* nomine circumfector. Hinc merito Ecclesiasticae Jurisprudentiae Auctor est habitus , tantosque sibi plausus comparavit ut ejus collectio per plura saecula praestantiorum virorum ingenia in commentariis adornandis detinuerit , et in omnibus Athaeneis suos habuerit Interpretes , quamquam et Censorem Procopaleam nomine nactus sit. Nec enim paleae deerant , ideoque Gregorius II. illas a tanto opere expungendas curavit (2) , et quinque ejus Pontificis Decretalium libros compilavit S. Raymundus De Pennafort Ordinis Praedicatorum , Ecclesiae lumen et scriptor insignis , qui potissimam juris Canonici partem complectuntur , vimque legalem habent. Nec tamen satis expositum esse , vel ipsorum Pii IV. , et S. Pii V. laboribus impensissimis , Augustinus

(1) Princeps hujus editio hunc praesertit titulum « Decretum Gratiani , seu concordantiae discordantium canonum. Argentinae Henricus Eggstein 1471 fol. Eodem vero anno altera habetur editio Coloniensis apud Petrum de Alope fol. In sequenti anno repetita Moguntiae apud Petrum Schoiffer.

(2) Gregorii IX. Pont. Max. compilato nova decretalium Petrus Schoiffer 1473.

Antonius ostendit (1). Gratiani opus eximium, alios in posterum, ad Canones colligendos quos ille praeteriisset, excitavit. Praecipuus inter eos *Bernardus Episcopus Faventinus*, *mox Gibertus Abbas*, *et Alanus Episcopus Altissiodoriensis*, *Joannes Vallen-sis*, *Petrus Beneventanus* (2) *Innocentius Cironius* (3) Horum omnium decus nonnihil obscuratum est, cum tardior aetas protulit collectiones decretalium *Nicolai I.*, (4) *Innocentii III.* (5). Postremo jus Pontificium, maximum habuit incrementum ex accessione decretalium *Innocentii IV.* (6) *Bonifacii VIII.* (7) *Clementis V.* (8) *Regularum Cancellariae* (9) et denique *Extravagan-tium*, quas proinde a prioribus Collectionibus extorres dixere (10).

IV. Nec desunt antiquissima specimina universae collectionis eorum in quibus a *Gratiano* usque ad aetatem *Clementis V.* nempe annum 1514 tota juris Pontificii scientia erat reposita, cui ex re nomen perpetuum *corporis juris canonici* (11) imponi coepit. Caetera sequiorum Pontificum placita latebant in Archivis, et traditione potius ferebantur, quam scripto, nisi quod privatae controversiae editionem interdum unius alteriusve postulabant. Hinc tenuiores Saeculo XVI. et incompletae, et mutilae collectiones (12). Uberior

- (1) Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum libri duo de emendatione Gratiani a Sthephano Balutio. Parisiis 1672 in 8° supra citatus.
- (2) Ex hisce collectionibus unam conflavit Antonius Augustinus, ediditque Herdae 1576 deinde Cuiacius Parisiis 1621 fol. Balutius iterum Parisiis 1682 fol.
- (3) Is edidit Constitutiones Honorii III. Tholosae 1645.
- (4) Nicolai I. P. M. Epistolae Romae 1542 fol. Epistolae ad Michaellem Imperatorem, et alia. Lipsiae 1536 4°.
- (5) Innocentii III. P. M. Prima collectio Decretalium atque Epistolae ex codice Vaticano a G. Sirleto Romae 1543 vol. 2 fol.
- (6) Innocentii IV. P. M. Decretales cum Filisci Commentariis. Venetiis impensa Nicolai Fenson, et Joannis de Colonia impressit Jo. Herbert 1481 fol. Item apparatus Decretorum Argentinac Henric. Heggstein 1478 fol.
- (7) Bonifacii VIII. P. M. Liber sextus Decretalium Moguntiae Jo. Just., et Petrus Schoiffer 1465 liber sextus Decretalium Bonifacii VIII. Venetiis Jenson 1460 fol. Decretalium liber septimus a Petro Mathejo editus Francfurti 1590 8°.
- (8) Constitutiones Clementis V. P. M. a Joanne Andrea Episc. Arelatensi collectae Moguntiae Joannes Fust, et Petrus Schoiffer 1460 fol.
- (9) Regulae ordinationes, et constitutiones Cancellariae Apostolicae Romae 1471 4°.
- (10) Editae istae sunt primum Romae per Leonardum Pflugl, et Gregorium Laver 1472; dein Moguntiae per Petrum Schoiffer 1479 item Venetiis per Nicolaum Jenson eodem anno fol.
- (11) Prima editio Corporis Canonici est Moguntina anni 1472 quam insequutae sunt Venetae annorum 1474 1479 1493 et aliae permultae Parisienses 1508 1522 fol. Antuerpiensis nitidissima Plantini 1570 in 8°, et dein cum glossis innumerae.
- (12) Bullae diversorum Pontificum a Joanne XXII. : ad Julium III. ex bibliotheca Ludovici Gomes Romae apud Hieronymum de Chartutariis in 4° repetitae Romae 1559 apud Antonium Bladum; incipit a Bonifacio VIII. usque ad Paulum IV.

aliquantulum alia prodiit collectio, quae tamen nec anteriorem seriem suppleret, aut continuaret (1). Et lacuna superfuit, atque ampliata est, cum neglectis mediis, nova collectio Constitutionum Clementis VIII. vulgata fuit (2).

V. Verum; ut in humanis quibuscumque negociis, posteriora ad priorum perfectionem gradum sternere solent, quo curante, superiorem expunctionem perfecere. Missis autem Epistolis Pontificum, quae interdum vulgatae prout sors obtulit codices studiosis viris, praeteritisque primis collectionibus aliquot singularibus, Pontificiarum constitutionum, quae bullaria ejusque Pontificis coeperunt nuncupari (3), felicius videtur opus Laertii Cherubini, qui nongentis viginti duabus constitutionibus conflatum, ampliatumque vulgavit. Sed Angelus, paternae diligentiae aemulator, praetermissas Constitutiones a S. Leone Magno ad Urbanum VIII. adjunxit, cum iterum collectio paterna praelis subjiceretur anno 1634. Qua accessione tantam Cherubiniana collectio per ea tempora celebritatem nacta est, ut, cum recuderetur, Minoritae Franciscani *Angelus a Lantusca*, et *Joannes Paulus a Roma* mantissam Constitutionum ad annum usque 1669 in eam contulerint.

VI. Praetereundae videntur collectiones, Lugdunensis anni 1673 et Luxemburgensis anni 1727. Prima quod consulto mutila, altera, quod mendis undequaque referta sit, et ob indicis defectum, nullius propemodum usus. Laudanda profecto tentamina Cherubini, quod ipse vere opus ingens ac vel tempori vel eorum viribus impar susceperit, veniaque digni quod omni ex parte perfectum praestare nequiverint. Ingenui enim fuere, ut qui in prae-

(1) Collectio diversarum constitutionum, et literarum Romanorum Pontificum a Gregorio VII. ad Gregorium XIII. Romae Bladus 1579 in 4°.

(2) Clementis VIII. P. M. Decretalium lib. V. Romae apud Paulum Bladum 1592 et in fine 1593 fol. max. cujus de existentia libri valde dubitant accuratiores Bibliographi mihi tamen visa, et contrectata editio in Bibliotheca Praesulis Mariani de Aquino, ut videre est in ejus catalogo impresso Romae pag. 62.

(3) Nimis longus, et toedii plenus foret hic syllabus editionum epistolarum, quae ad singulos Pontifices pertinentes vulgatae interdum fuere a pluribus viris doctis, longior, et gravior foret etiam series primarum collectionum, quae bullaria singularia nuncupantur, difficilius etiam foret omnia colligere in grandem bibliothecam; inutilis deuique sumptus et labor post magna, et universalia bullaria, quibus ditati sumus. Illa qui velit singillatim noscere, adeat Alberti Fabricii Bibliothecam Latinam edit. Venetae anni 1728 pag. 569 tom. 2; at perfecta collectio universi juris Pontificii post hac constabit corpore juris Civilis Parisino annorum 1685 1687 vel Lipsiensi aunorum 1695 1705 vol. 2 fol. dein. *Bullario Coquelino* mox Benedicti XIV., et hoc demum, quod edendum curavimus.

fatione profitentur se concinnatam ad proprios usus collectionem, interpolatam, et mancam cessisse precibus Typographorum, ut prelo subijceretur; nec dum enim sive Ecclesiasticae Historiae, sive Juris Pontificii ediscendi studia archivaria reseraverat, proindeque uberiores cognitionum suppellectilem parare non poterant. Quibus impedimentis beneficio temporis superatis, antiquiorem congeriem constitutionum pontificiarum a *Sancto Leone Magno*, ad annum decimum Pontificatus *Clementis XII.* refundere suscepit consilio feliciori *Carolus Coquelines*, et pene perfecit, ut innuit in praefatione quam operi suo praemisit, quod merito inscripsit *bullarium privilegiorum, ac diplomatum Romanorum Pontificum amplissima Collectio*, quae ad Kalendas Februarii 1759 anno X. Pontificatus *Clementis XII.* pertingit.

VII. Itaque eo rem perduxit *Coquelines*, ut integrum jus Pontificium constaret aetate sua voluminibus, quae supra commemoravimus, a *Dionysio parvo*, seu verius *LEONE I.*, usque ad Constitutiones *Clementis V.*, addita, quam ipse adornaverat, collectione. Verum ea aetate perfectum corpus juris Pontificii videri istud poterat. At postquam *Clementi XII.* ad cuius Pontificatum desinit *Coquelines* compilatio, successit immortalis memoriae *Benedictus XIV.* doctrina insignis, omnibusque pollens virtutibus, homines tum illius juris peritos, tum Civilis prudentiae, et Ecclesiasticae Disciplinae studiosos locupletissimae accessionis coepit expectatio. Longaevus, ille ac utriusque Imperii occupationibus distentus Pontifex quatuor volumina, quae constitutiones, et Epistolas ab initio Pontificatus sui, ad annum 1757 complectebantur juri Pontificio adjunxit, et dedit, doctoribusque, et scholaribus Bononiensis Athenaei liberali animo est elargitus.

VIII. Eo quum res devenissent, juri scripto Pontificio finem quodammodo minitatae sunt vicissitudines temporum saevissimae, quas a longe insurgentes declinandi cupidus *Clemens XIII.* rem, sicut acceperat, reliquit publicam. Pauca *Clemens XIV.* propter Pontificatus brevitatem gesserat. Materiam vero incremento juris Pontificii multam paraverat, venerandus inter aerumnas *Pius VI.* sed prodromum novae videre collectionis vix licuit (1). Nam sede sua expulsus juris Pontificii complendi spem fere totam abjecerat.

(1) Pii VI. Pont. Max. Alloquutiones, homeliae, pleraeque epistolae tum vulgatae, tum hactenus non vulgatae, opera et studio Caesaris Brancadori Archiepiscopi etc. tom. primus Amsterlaedami 1792 fol. max. cujus pauca exemplaria, ab Editore donata, caetera naufragio perdit.

Pauci , et clanculum procellae illius finem expectabant. Per illud sane tempus nihil de Vaticanis Archiviiis deperierat , et brevis fuit mora occupantium hanc Ecclesiae ditionem (Pontifice depulso) , cum Ille in exilio vitam reliquisset. Facilis fuit, Deo adjuvante , *Pii VII.* ejus Successoris reditus, in suam sedem restituti. Sed longe graviolem conditionem subiit Sanctissimus Pontifex, primum ad longinquas regiones , specie Sacri muneris sui vocatus , mox per vim extorris, serius redux , tandem in componendis utriusque in eum translati Principatus negociis perturbatissimis, tota vita occupatus. Inter haec peregrinari contigit etiam Archiviiis Vaticanis , et aliquod ex iis fortasse amissum est , indeque , ob tempora novarum rerum feracia , perficiendi collectionem constitutionum , quae ab anno 1758 sub sex praestantissimis Pontificibus prodierant plurimum difficultas est aucta. Etsi copia fuisset , imprudentia haud vacasset editio rebus trepidis. Sed Romana vicit constantia , Numine adjuvante , ac de hostibus triumphum agente.

IX. Rem itaque tantis difficultatibus obnoxiam a *Dionysio* exiguo inchoatam *Leone I.* Ecclesiam gubernante , Dei Providentia perficiendam reservavit evecto ad Regimen Ecclesiae Sanctissimo D. N. GREGORIO XVI. , cui inter caeteras quas illi auguramur felicitates , non erit postrema profecto , vel levior intuen- di completam juris Pontificii collectionem usque ad Praedecessorem suum , cum Ipse zelo ardeat Ecclesiasticae Dignitatis , et Disciplinae , utque duobus sibi a Deo commissis imperiis satisfaciat , civili regimini incumbat populorum concreditorum , aequae , ac Gregis Christi custodiae , parans posteris quantoque novae collectionis segetem uberiolem.

X. Jam vero studiosos Juris Pontificii , oportet praemonere quid operis in hac collectione praestitutum sit. Constitutiones , nec non Literae in forma Brevis, et ad Principes, aliosque illustres viros , ac alloquutiones in ea collectae reperiuntur Clementis XIII., et Clementis XIV. Pii VI. et Pii VII., nec non Leonis XII. et Pii VIII. pretium tandem operis erit Epitome , seu collectio rerum alphabetico ordine disposita. Ampla profecto supellex Historiae , tum Ecclesiasticae , tum Civilis proximiorum temporum concinnandae opido necessaria iis , qui juris illius corpus ad annum usque 1850 continuatum desiderant juris Pontificii studiosis.

XI. Nulla sane pars altera collectionum , quas supra commemoravi , potioris habenda , quam ista novissima accessio , sive

tempora respicias per quae incedit, sive Pontifices contempléris, quorum Constitutiones complectitur, sive demum argumentorum gravitatem consideres, in quibus Constitutiones ipsae versantur. Ad tempus quod attinet, ejus aetatis sunt, qua nulla novarum rerum studiosior. Tota commota per istud tempus Europa, imperiorum mutationes, Principes exules, pulsi Sacerdotes, Tempia diruta; aeraria exausta; migrationes Gentium, conflictus opinionum; horrida bella, et multo spumantes sanguine campi: Quibus in periculis quantum utraque dignitas Pontificum, et haec ipsa tellus eorum dominationi subjecta partem habuerit commemorare taedet, animusque refugit recordari. Horum tamen memoriam posteris, ipsae servabunt Constitutiones, et Brevia, et Litterae quas nostra complectitur collectio, utque Religio, et Pontificia dignitas ab iis periculis gloriosior emergerint, testabitur.

XII. Hinc ad Pontifices, qui per eam aetatem opportune dati Divinitus, meditatione conversa; perpetuum collectio nostra testimonium perhibebit, ut imminentem a longe procellam antea viderit oculis superne illustratis S. M. Clemens XIII., et Sanctitate morum, exemplo, precibus Deo effensis arcuerit, et Ecclesiasticae Disciplinae rigore continerit. Illius profecto Constitutiones spirant undique prudentiam civilem Principis, cum sanctitate Pontificis conjunctam, et praevidentiam superiorem humanis facultatibus indicant. Et confirmavit eventus eum pronovisse quid prima novarum opinionum fulgura intentarent. Tradidere patres nostri eum obiisse, dum Supremum Numen deprecabatur, eumque orantem expressit miro artis prodigio in monumento Vaticano, Phidias redivivus, morte, non fama ac celebritate extinctus.

XIII. Clementis XIV. brevis aetas, mors cita, sed maxima doctrina, ingenium facile, comius quam principis, et mascula virtus. Perpetua ejus recordatio futura, quod aerario consuluerit, simulque populos ab oneribus publicis sublevaverit. Caeterae Constitutiones ejus demonstrant graviora negocia expeditisse, quorum mentio erit perpetua in fastis Ecclesiasticis.

XIV. Longe plures, pro longitudine Pontificatus suppetunt ad historiam Ecclesiasticam Constitutiones Pii VI. multae ad Principem pertinent, omnes ad aeternam memoriam Pontificis domi magnifici et benefici, ubique in suo munere strenui statim ac oportuit cum adversa fortuna, et novatorum perfidia dimicare, extorris a sede sua, victoris, patiendo, ad constantiae triumphum redituri, nisi morte fuisset preventus.

XV. Erat enim, divino Consilio, reservata Pio VII. pugna acrior, et victoria solidior per singularem constantiam comparanda. A Deo Ecclesiae Catholicae Pontifex Venetiis datus, ubi primum in hac S. Petri Sede collocatus est, pace caduca, nec plena, statim sarcindi noviculam Petri fatiscentem suscepit curam, et regiminis temporalis componendi. Magna quidem aggressus, et ardua, perfecit plura. Sed peregrinari coactus, vix redierat ad opus quum terribilis undique excitata procella, eum rapuit in longum exilium. Hac tandem sedata per eum faedera inita perpetua, compositae difficultates in rebus Ecclesiasticis, firmissima novatoribus propugnacula opposita, recuperatae Ditiones omnes, novus ordo regiminis Civilis inductus, restituti Ordines Regulares.

XVI. Deinde Leo XII., et Pius Octavus ad Sanctam Sedem evecti brevem in solio vitam duxere sed meritis, operibusque praestantibus plenam. Novis impendentibus calamitatibus Eos D. O. M. ad se vocavit, et immarcescibili justitiae corona donavit.

XVII. Ad has tempestates tandem Rex Regum, et Dominus Dominantium reservaverat Summum Pontificem GREGORIUM XVI. cujus fruimur imperio. Statim, ac duplici Diademate coronatus est, saeviori tempestate suborta, heu quid in suo Corde non passus in tot, tantisque rerum vicissitudinibus, et temporum adversitatibus! *Armatus tamen armatura* fortium, firmitor, et strenue prospereque successu pro tranquillitate, et salute Christianae Reipublicae, suorumque populorum dimicavit, et Deo dante, apparuit Iris praenuncia pacis solidioris. Omnia haec testantur, docentque Constitutiones, quae hanc nostram complent accessionem ad jus Pontificium. Quamobrem gratum opus nostrum futurum speramus omnibus, non modo qui ad Studia Ecclesiastica incumbunt, sed etiam qui historia, quique prudentiae Civilis meditatione delectantur.





# INDEX RUBRICARUM OMNIUM CONSTITUTIONUM

QUAE

IN HOC TOMO CONTINENTUR



## CLEMENTIS XIII.



### ANNO I.

I.			
	<i>Alloquutio habita in Consistorio secreto pro gratiarum actione post Electionem ad Sanctam Sedem Apostolicam. . . . .</i>	pag.	4
II.			
	<i>Privilegia Dapiferorum. . . . .</i>	„	2
III.			
	<i>Privilegia Conclavistarum. . . . .</i>	„	9
IV.			
	<i>Confirmatur Chirographum Regis Hispaniarum super nova erectione in Collegium, sive Seminarium Apostolicum Missionariorum, Hospitalii S. Rosae de Ocopa Minorum de Observantia S. Francisci. . . . .</i>	„	18
V.			
	<i>Concessio tituli Apostolici Mariae Theresiae Hungariae Reginae, ejusque in illo Regno successoribus. . . . .</i>	„	20
VI.			
	<i>Moderantur Literae Apostolicae fel. record. Benedicti XIV. super Abbatia de Rosarno ad Abbatem Generalem Ordinis Monachorum Sancti Basilii Magni pertinente. . . . .</i>	pag.	21
	VII.		
	<i>Oratio in Consistorio pro indictione Jubilaei Universalis ad implorandum Divinum auxilium initio Pontificatus pro Ecclesiae Catholicae felicitate. . . . .</i>	„	24
	VIII.		
	<i>Jubilaeum Universale initio Pontificatus pro salutaris regimine, et felici statu S. Romanae, et Universalis Ecclesiae. . . . .</i>	„	25
	IX.		
	<i>Epistola Encyclica ad Episcopos, qua singula expendantur necessario servanda, ut recte Episcopale munus expleatur. . . . .</i>	„	27
	X.		
	<i>Confirmatio privilegiorum Confraternitatis Aurigarum, quoad jus privativum excoriandi Equos, Mulos, et Asinos, quos in Urbe mori contigerit, ut ex percipiendo emolumento servitio Ecclesiae Confraternitatis prospiciatur. „</i>	„	34
	XI.		
	<i>Facultas indulta Hispaniarum Regi nominandi Priorem Conventus S. Marii de Leon Militiae S. Jacobi de Spatha, quoties Prior a vocalibus ob discrepantiam suffragiorum in tribus scrutiniis non fuerit electus. . . . .</i>	„	35

XII.	
Denegatur Episcopo Olomucensi indultum conferendi Ecclesiastica Beneficia in Mensibus Apostolicæ Sedi reservatis . . . . . pag.	36
XIII.	
Confirmatur Sententia Vicarii Generalis Firmanæ Diœcesis super erectione Collegiæ in Oppido Montis Actonura, ejusdem Firmanæ Diœcesis . . . . . „	37
XIV.	
Constitutio super Immunitate Ecclesiastica locali, et forma extractionis reorum e locis immunitibus in Ditionibus Comitum Palatini Rheni Sacri Romani Imperii. . . . . „	42
XV.	
Oratio in Consistorio super nominatione ad Cardinalatum Caroli Rezzonica Pontificis ex Fratris Nepotis . . . . . „	44
XVI.	
Henricum Ducem Eboracensem jam Cardinalem, Archiepiscopum Coriaticensem nominat. . . . . „	45
XVII.	
Oratio in Consistorio qua narratur, titulum Apostolicum indultam omnibus Hungariæ Regibus, et de Ecclesiasticis dissidiis cum Republica Veneta feliciter a se compositis rationem habet . . . . . „	46
XVIII.	
Privilegia pro Cappellanis Cappellæ Pontificiæ. „	49
XIX.	
Ludovicum Francorum Regem hortatur, et excitat ad Religionis hostes profligandos . . . . . „	55
XX.	
Eadem hortatio Francisco Lotharingiæ et Barri Ducis, nec non Etruriæ Magno Duci in Romanorum Imperatorem electo, ut Ecclesiam, et Imperium ab ingruentibus malis impense defendat . . . . . „	56
XXI.	
Confirmantur indulgentiæ Congregationis nuncupatæ dei Bianchi sub invocatione Sanctæ Mariæ succurre Miseris Civitatis Neapolitanæ, Pontificisque nomen in Confratrum albo inscribi permittitur . . . . . „	58

XXII.	
Bonorum Colonos ad S. R. E. Cardinales, nec non Militiam Melitensem spectantium in Mediolanensi Provincia degentes, a vectigalibus exemptos esse debere prout Benedictus XIV. sanciverat, confirmat . . . . . pag.	59
XXIII.	
Damnatio, et prohibitio Operis Gallico sermone conscripti, et in plures Tomos distributi cui titulus = <i>Histoire du Peuple de Dieu, troisième partie, ou, Paraphrase littérale des Epîtres des Apôtres, d'après le Commentaire Latin du P. Hardouin . . . Par le P. Isaac Joseph Berruyer de la Compagnie de Jesus</i> „	61
XXIV.	
Confirmatur Decretum S. Congregationis Episcoporum, et Regularium super novis præscriptionibus, et declarationibus circa munia, et officia Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia in Extremadura. . . . . „	62
XXV.	
Privilegia Pontificiis Familiaribus indulta. . . . . „	64
XXVI.	
De extensione ad Diœceses Colonien. Monasterien, Hildesimen, Paderbonen, et Osnabruccen. Resolutionum S. Congregationis Concilii circa Episcopalia jura erga Regulares in Diœcesi Olomucen. . . . . „	72
XXVII.	
Restitutio ad privilegia, et honores Provinciæ Bonariæ Argentiniæ Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, quæ præcedenter in Custodiam declarata fuerat . . . . . „	75
XXVIII.	
De modo eligendi tam Abbatem Generalem, quam Procuratorem Generalem Ordinis Monachorum S. Basilii Magni . . . . . „	78
XXIX.	
Francorum Christianissimum Regem hortatur, ut in Gallicis Regnis Universale indictum Jubilæum, et juvare, et promovere dignetur „	81
XXX.	
De translatione Abbatie Ordinis Monachorum Sancti Benedicti e veteri Monasterio Murbaci pene collapsa, ad aliud Monasterium in Castro Gebrilla in Alsatia Basileen. Diœcesis nuper constructum. . . . . „	82

XXXI.

Facultas tribuitur Episcopis Mirandensibus, Agriensis, et Malacitanis in Hispania ut permittant in eorum Dioccesibus artium exercitationes; et opera servilia, audita tamen Missa in festis diebus, aliquibus tamen solemnioribus exceptis. . . . . pag. 85

XXXII.

De regulis servandis in celebratione Capituli Provincialis Provinciae Franciae Ordinis B. M. de Mercede, quoties casus contigerit celebrandi eadem die Capitulum Generale ejusdem Ordinis. . . . . 86

XXXIII.

S. R. E. Cardinalibus, Archiepiscopis, et Episcopis, aliisque Ecclesiasticis viris in Comitibus generalibus Cleri Gallicani congregatis, grati Animi benevolentiam demonstrat. . . . . 87

XXXIV.

Operis cui titulus = de l'Esprit = à Paris chez Durand 1758. in 4.º = damnatio, et prohibitio. . . . . 88

XXXV.

Instituitur Bibliothecarius in Monasterio Cistercensium S. Crucis in Hierusalem de Urbe, et privilegia hujus muneris firmanantur ad tramites testamentariae dispositionis cl. me. Cardinalis Besozzi. . . . . 89

XXXVI.

Plenaria Indulgentia pro visitantibus Ecclesias Fratrum, et Monialium Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum in tertia Dominica post Pascha Resurrectionis. . . . . 91

XXXVII.

Privilegium Notariorum Apostolicorum cum habito Praelatio pro Plebanis pro tempore Collegatae Ecclesiae S. Felicis Venetiarum. . . . . ib.

XXXVIII.

Prohibitio ne recipiantur Puellae ad habitum Religionis Monasticae ante dotis depositum cum poenarum injunetione. . . . . 93

XXXIX.

Indultum recitandi divinum Officium juxta ritum Monasticum pro personis Ecclesiasticis secularibus addictis servitio Monasteriorum, et Granciarum Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti. . . . . ib.

XI.

Confirmatur resolutio Congregationis Episcoporum et Regularium, qua declaratum fuit mutationem pallii indultum Fratribus Donatis Ordinis Carmelitani Excalceatorum, Provinciae Hispaniae, ad alios Lusitaniae Provinciae non esse extendendum. . . . . pag. 94

XII.

Clementi Augusto Archiepiscopo Coloniensi, et S. R. E. Electori suum dolorem, sollicitudinemque exprimit ob conceptum timorem secularizationis nonnullarum Ecclesiarum Germaniae. . . . . 97

XIII.

Portugalliae, et Algarbiorum Regi de gravi contra illius vitam scelere comisso merorem exprimit, eidemque gratulatur de valetudine recuperata, atque salutaria praebet consilia quoad atrocis criminis punitionem. . . . . 98

XIV.

Confirmatur decretum Regis Catholici super translatione Militiae S. Mariae de Montesa e veteri diruto Conventu ad Palatium del Temple, et super unionem reddituum hujus Prioratus sub nonnullis reservationibus. . . . . 99

XV.

Prioribus Constitutionibus Apostolicis confirmatis contra subripietes, asportantes, aut apud se retinentes Sacras Hostias, vel particulas consecratas, novas poenas strictissime observandas mandat. . . . . 101

XVI.

Ut Lantgravii Hasso-Cassellani parentem, pro Catholicae Religionis bono in sura patrociniū recipiat, Francisco Lotharingiae, et Barri Ducis, comendat. . . . . 105

XVII.

Encyclicae ad Archiepiscopos, et Episcopos Regni Sardiniae quoad Ecclesiasticum asyllum, cum Pontificiis in id Ordinationibus. . . . . ib.

XVIII.

Confirmatio, ampliatio, et declaratio statutorum Confraternitatis S. Antonii erectae in Civitate Avenionis sub regimine Ordinis Congregationis Canonicorum Regularium S. Antonii Vienneensis in Dalphinatu. . . . . 107

XIX.

Ampliatio indultorum Oratorii privati pro Ministris Generalibus, et Ex-Generalibus Or-

dinis S. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum . . . . . pag.	110
XXXIX.	
Approbatio Universitatis Studii in Civitate Leopoli sub directione Societatis Jesus jam erectae ex Poloniae Regum, placito . . . . .	111
L.	
Restitutio Provinciae Romanae Conventus S. Martini ad Montes, et S. Antonii Praenestis Ordinis S. Mariae de Monte Carmelo jam antea a praedicta Provincia Romana dismembrati . . . . .	113
LI.	
Confirmatio Literarum Apostolicarum Benedicti XIV. super electione Abbatis Generalis, Diffinitoris Generalis, et Superiorum Localium pro Monachis inobedientibus . . . . .	115
LII.	
Literarum Processus in die Coenae Domini publicatae . . . . .	116
LIII.	
Confirmatio Constitutionis Benedicti XIV. super alternativa electione Superiorum in dicta Provincia . . . . .	122
LIV.	
De modo faciendi Adfiliationem in Conventibus Provinciae Gallo-Provinciae Ordinis B. M. de Monte Carmelo . . . . .	125
LV.	
Absolutio a juramento praestito a Ministro Archiepiscopi Coloniensis Principis Electoris S. R. I. in subscribendis illicitis conventionibus cum Canonicis Metropolitanae Ecclesiae Principis nomine, antequam per legitima suffragia Archiepiscopus renunciaretur . . . . .	128
LVI.	
Facultatem tribuit Nuntio Poloniae conferendi tres Canonicatus in Cathedrali Ecclesia Gnesnen primo vacaturos in Mensibus Apostolicae Sedis reservatis, et ad Episcopi nominationem, sub lege tamen expediendi Apostolicas Literas sub plumbo intra octo menses a die nominationis . . . . .	129
LVII.	
Confirmatio decretorum Congregationis Concilii in Causa jurisdictionis vertente inter Abbatem Generalem Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Virginis, et Episcopum Caputaquen . . . . .	130

## LVIII.

Facultas tribuitur Apostolico Nuncio in Polonia pro collatione trium Canonicatum in Cathedrali Ecclesia Culmen ad Episcopi nominationem, prout in indulto pro Diocesi Gnesnen superioris sub Num. LVI. . . . . pag.

131

## LIX.

De electione Guardianorum trium Conventuum, et Custodiarum principalium in Astensem, et Pedemontaniam Provinciae Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, alternatim facienda . . . . .

132

## LX.

Confirmatio Constitutionis synodalis Compostellanae quoad modum habendum cum haeredibus Parrochiarum pro reparatione Domorum Parochialium, et adnexorum in Diocesi Lutecensi, suffraganea Archiepiscopatus Compostellani . . . . .

138

## LXI.

De non admittenda cumulativa administratione binarum Parrochiarum implorata pro Canonicis Regularibus S. Mauriti in Vallosiorum a Sardiniae Rege . . . . .

138

## LXII.

Cathedra Theologiae Moralis in Archigymnasio Almae Urbis exercenda assignatur alteri, ex Alumnis expresse professis Ordinis B. M. de Monte Carmelo . . . . .

138

## LXIII.

Provisiones quoad Guardianos Monasteriorum Monialium S. Clarae, et S. Mariae Magdalenae Neapolitanae Civitatis super solemnitatibus, et actibus jurisdictionalibus explendis, nec non super electione alterius Commissarii Apostolici, et Visitatoris . . . . .

140

## LXIV.

Facultas Sacrae Theologiae Parisiensis commendatur ob censuram contra librum de l'Esprit a Facultate ipsa editum, et illius jussu Typis impressam . . . . .

141

## LXV.

De sexenniali celebratione Capituli Provincialis Ordinis S. Francisci de Paula Mimorum pro Provincia Calabriae Ulterioris in Conventu Pittii dicti Ordinis convocandi, non obstante contraria consuetudine, et alternativae lege . . . . .

142

LXVI.  
Regulæ Cancellariæ . . . . . pag. 144  
ad . . . . . 159

LXVII.  
Confirmatio privilegiorum gratiarum, et indultorum pro Communitate, et Hominibus Civitatis Ferrariæ . . . . . „ 159

LXVIII.  
Statuta Universitatis Aurificæ Civitatis Carpenoratis in Comitatu Venaysino confirman- tur . . . . . „ 163

LXIX.  
Privilegia, et facultates Comunitati, et Hominibus Civitatis Centis concessa a Clemente VIII. sub certis modis, et limitationibus declarantur, et corriguntur . . . . . „ 167

LXX.  
Confirmatio novorum Statutorum, quæ Collegium Artis Lanitiæ de Urbe condidit pro ipsius Collegii majori directione, comodo, et utilitate . . . . . „ 170  
a . . . . . 195

LXXI.  
Confirmatio statutorum Universitatis vulgo de Fornaciari di Bichieri, e Cristallari Ordinarij Urbis . . . . . „ 195

LXXII.  
Statutum Civitatis Casenæ in ea parte, qua prescriptum reperitur salarium, seu Merces Notariorum pro instrumentorum, et testamentorum confectione, eorumque copiis confirmatur . . . . . „ 202

LXXIII.  
Interdicitur, et prohibetur, ne in Ecclesiastica ditione, post obitum Romani Pontificis, extraordinarii Magistratus, aut Militum Duces eligantur, neque Milites conscribi possint, idque ad Civitatem Velitrarum extenditur, decedente Cardinali Decano . . . „ 205

**ANNO II.**

LXXIV.  
Archiepiscopo Farsaliæ, Generali in Hispaniarum Regnis Inquisitori gratulatur, quod in proscriptos a S. Sede libros sub titulis *Histoire*

*du Peuple de Dieu, et de l'Esprit*, sua auctoritate animadvertit, nec non contra scripta Societati Jesus calumniosa . . . . . pag. 209

LXXV.  
Monasteria S. Christophori, et S. Marthæ Civitatis Brixien a subjectione Ministri Provincialis Provinciæ Brixie Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia eximit, et immediate curæ, atque regimini Episcopi Brixien supponit . . . . . „ 210

LXXVI.  
Episola ad Poloniæ Regem, cujus postulat Officia penes Aulam Constantinopolitanam pro Fratribus Ordinis S. Francisci Minorum de Observantia vexatis a Græcis Schismaticis in Civitate Hierosolymitana degentibus . . . „ 211

LXXVII.  
Statuitur, Monialibus Cappuccinis Oppidi de Cologna Vicentiæ Diocesis, licere bona quæcumque recipere, et retinere in comuni ad congruam sustentationem, juxta Constitutionem Urbani IV. . . . . „ 212

LXXVIII.  
Mariæ Theresiæ Imperatrici electæ gratum animum significat pro curis ab eadem habitis ad præcidendas Græcorum Schismaticorum persecutiones contra Christifideles in Civitate Hierosolymarum . . . . . „ 214

LXXIX.  
Confirmatio Decretorum Ministri Generalis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, quoad jura, et privilegia Custodum Fratrum Penitentia Tertii Ordinis in Provinciis ipsius S. Francisci, et S. Yvonis Congregationis Gallicanæ, eorum opportunis declarationibus „ ib.

LXXX.  
Facultatem tribuit pro Portugalliæ, et Algarbiorum Regnis Tribunali nuncupato *Regie conscientia* cognoscendi Causas *lesæ Majestatis* etiam contra Ecclesiasticas personas tam Seculares, quam Regulares . . . . . „ 217

LXXXI.  
Confirmantur pacta, et conventiones inter in Capitulo Provinciali Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo super electione Prioris Provincialis, Socii, Diffinitorum, Custodis, aliorumque Officialium ejusdem Ordinis . . . „ 219

LXXXII.  
De asperrimis contra Catholicam Ecclesiam temporum conditionibus, deque Societatis Jesus

persecutione agit cum Cardinali Rothario, ejusque comendat filialis, et religiosissimi amici sensus . . . . . pag. 221

LXXXIII.

Ferdinandi Catholici Hispaniarum Regis mortem Cardinalibus in Consistorio coadunatis significat, deque Caroli III. in illis Regnis successione agit. . . . . 221

LXXXIV.

Damnatio, et prohibitio operis, cui titulus = *Encyclopedie, ou Dictionaire raisoné des sciences ec.* . . . . . 222

LXXXV.

Celebrationem Officii, et Missæ sub ritu semiduplicis in honorem S. Laurentii Justiniani, jam facultative indultum ab Innocentio XII. pro omnibus Christianis, ampliat sub ritu semiduplicis de præcepto. . . . . 224

LXXXVI.

Confirmatio resolutionis Congregationis particularis deputate ad dirimendas controversias excitatas super jure eligendi Collegiales supernumerarios in Collegio S. Bonaventuræ Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci. . . . . 225

LXXXVII.

De Clericis negotiatoribus, et secularibus Negotiis se se immiscentibus Epistola ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, et Episcopos . . . . . 227

LXXXVIII.

Confirmatio Resolutionis Capituli Generalis Ordinis Fratrum Excalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum super aggregatione, et subjectione Collegii Romani de Propaganda Fide B. M. Virginis ad Fornaces Familiæ Matris Redemptoris id est *extra Hispanæ*. . . . . 232

LXXXIX.

Visitator Apostolicus in quibusdam locis Diocesium Aleriensis, Marianensis, Acciensis, atque Nebiensis in Insula Corsicæ deputatur. . . . . 233

XC.

Episcopo Colimbrisiensi gratulatur ob novum extructum Seminarium, Pontificiamque protectionem promittit . . . . . 235

XCI.

Prælaudato Episcopo laudes dirigit pro instituta Liturgica Accademia, eique Literas in forma

Brevis transmittit, quibus ipsius Accademiæ Statuta confirmantur . . . . . pag. 235

XCII.

Constitutiones, et Statuta Accademiæ Liturgicæ jam erectæ a Benedicto XIV. confirmantur. . . . . 236

XCIII.

Instituta Liturgica Accademiæ Constitutiones, et Statuta a se approbatâ significat Canonicis Regularibus Lateranensibus Liturgicæ Accademiæ in Monasterio S. Crucis Colimbrisiensi. . . . . 236

XCIV.

Designantur, et definiuntur Conventus Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo, pro Tyrocinis, et Professoris constituendis; particularia indulta, nonnullis Fratribus præcedenter concessa, revocantur; Priorique Generali facultas visitandi Congregationem Martianam confirmatur, et restituitur . . . . . 243

XCV.

Ecclesiæ B. M. V. de Lonigo, et SS. Firmi, et Rustici Castri Gemberti, in Diocesi Vicentina existentes, et antiquitus subjectæ prius Aquilejensi Patriarchæ, deinde Episcopo Utinensi, nunc Episcopo Vicentino uti Ordinario perpetuo subijciuntur. . . . . 247

XCVI.

Alloquutio habita in Consistorio Secreto Tertia Secunda, die 24 Septembris 1759, quâ plures illustres viros ad Cardinalatus honorem extollit, inter quos Fratrem Laurentium Ganganelli qui Clementi XIII. in Apostolorum Cathedra successit immediate . . . . . 250

XCVII.

Præcedentium Pontificum ordinationes et gratiæ pro erudientibus, et ediscentibus Doctrinam Christianam confirmantur, et ampliantur. . . . . 252

XCVIII.

Concordia inita inter Sardiniam Regem, et Archiepiscopum Calaritanum super cessione, iurium temporalium Insulæ Sulcitane S. Antiochi in Sardinia Regno favore Ordinis Militaris SS. Mauriti, et Lazari, pro erigenda Comenda Ordinis ejusdem, confirmatur. . . . . 254

XCEX.

Altare privilegiatum perpetuo conceditur pro unaquaque Ecclesia Monialium Visitations B. M. V. sub instituto S. Francisci Salesii . . . . . 262

**C.**  
Indulgentiæ plenariæ perpetuæ conceduntur Universis Christifidelibus Visitantibus statutis diebus Ecclesias Monasteriorum B. M. V. sub Instituto S. Francisci Salesii, nec non aliæ perpetuæ Indulgentiæ plenariæ assignantur pre Monialibus ejusdem Ordinis. . . . pag. 263

**CI.**

Peculiares Indulgentiæ ad septennium tantum pro Monialibus degentibus in Monasteriis Ordinis Visitationis B. M. V. Immaculatæ sub Instituto S. Francisci Salesii . . . . . 264

**CII.**

Suppressio, et extinctio Monasterii Monialium Ordinis S. Benedicti loci de Sambucheto Nullius, seu Spoletanæ Diocesis, jurisdictionis Capituli, et Canonicorum S. Joannis Lateranensis, et peculiaris honorum destinatio in spiritualem utilitatem habitantium in præfato loco . . . . . 265

**CIII.**

Jacobo III. Magnæ Britanniæ Regi, jura nominationis ad Episcopales Sedes Catholice præservat . . . . . 269

**CIV.**

De præstantia, et utilitate spirituali Christifidelibus ex jejuniis derivante, nec non de necessitate illius observantiæ, Encyclicam Litteram universis Antistitibus scribit . . . . . 270

**CV.**

Ab Federatæ Rheticiæ Supremis Præsidibus aliquas temporis inducias requirit ad dirimendas controversias exhortas inter Episcopalem curiam Clerumque Comensæni, atque nonnullos Rheticiæ Magistratus . . . . . 271

**CVI.**

Comendantur vetus Conciliorum disciplina de tempore intermittendo ad ascensum ex uno ad alterum Sacrum Ordinem, quæ sanc observantiâ optimum præbet exemplum iis, qui in Minoribus Ordinibus sunt constituti . . . 272

**CVII.**

Prohibitio sub pena excommunicationis, ne Urna, in qua asservari pie creditur Corpus S. Romualdi amoveatur, recludatur, vel adportetur e loco in quo situm reperitur in Ecclesia S. Blasii Civitatis Fabrianen Ordinis Congregationis Camaldulensium . . . . . 273

**CVIII.**

Confirmat indulgentias alias concessas Confraternitati Regiæ Societatis Alborum de Spiritu Sancto sub invocatione S. Mariæ Sanctorum Omnium in Civitate Neapolitana, propriumque nomen in Fratrum Albo describi permittit . . . . . pag. 274

**CIX.**

Alloquutio habita in Consistorio diei 23 Januarii 1760. super investitura Regni utriusque Siciliæ faciendâ favore Ferdinandi IV, Caroli III. Hispaniarum Regis filii . . . . . 275

**CX.**

Poloniæ Regem certiorem reddit de confirmata Antistitibus in illius Regno existentibus alternativa collatione Beneficiorum in Mensibus S. Sedi non reservatis, et simul jus eligendi ad quinque Cathedralium Ecclesiarum Archidiaconatus . . . . . 276

**CXI.**

Alloquutio habita in Consistorio diei 4. Februarii 1760. qua Pontifex exquisitis Cardinalium votis, illisque affirmativis habitis, quoad investituram Regni utriusque Siciliæ, futurum indicendum Consistorium significat pro hoc negotio absolvendo . . . . . 277

**CXII.**

Alloquutio altera, qua cunctis enarratis, quæ investituram Regni Utriusque Siciliæ pertingant ad illam concedendam favore Ferdinandi Bourbonii, animum suum pronum esse Cardinalibus significat, quorum jam affirmativa suffragia obtinuerat . . . . . ead.

**CXIII.**

Ferdinando, Utriusque Siciliæ, et Hierosolymitanæ Regi, concessam illi investituram significat, et salutaria monita, Pontificia cbaritate dirigit . . . . . 278

**CXIV.**

Investitura Regni Utriusque Siciliæ, et Hierosolymitanæ pro Ferdinando, Caroli III. Hispaniarum Regis Catholici Filio . . . . . 279

**CXV.**

Controversiæ exorta inter Canonicos Basilicæ S. Joannis Lateranensis, quoad Chorale servitium, super interpretatione Art. XXVI, et XXVII Capitularium constitutionum dirimuntur, et interpretatio illis datâ a Benedicto XIV. perpetuo servari mandatur . . . . . 288



CXVI.	
Catholico Hispaniarum Regi participat concessam investituram Regni Siciliae, favore Ferdinandi illius Filii ab ipso Catholico Rege in successorem designati . . . . . pag.	290
CXVIII.	
Prohibitio sub poena excommunicationis latae Sententiae extrahendi Libros ex Bibliotheca Academiae Civitatis Posoniae . . . . . ,	ib.
CXVIII.	
Binos Missionarios ad Avarum Regnum mittit, eosque transeuntes, et aliquo forsitan tempore immorantes in Civitate Siriami Diocesis Meliapurensis in Indiis illius Episcopo comendat. ,	291
CXIX.	
Hasso-Cassellanum Principem ad iniquas pactiones compulsam, eo quia Lateranensem sectam ejuraverat, Mariae Theresiae, Hungariae, atque Bohemiae Reginae plurimum comendat, utque eam sub sua protectione habeat, hortatur . . . . . ,	292
CXX.	
Eodem argumento ac in Litera superiori, scribit Imperatori electo Romanorum, atque monet, ut det operam, ne Lutherani, Hassia-Cassellano Principi post mortem sui Parentis aliquod afferant damnum . . . . . ,	293
CXXI.	
De removendis impedimentis Ecclesiasticae Immunitati contrariis, quibus Magistratus Ambergensis veterat Monialibus de Suarzoffen ne coram S. Congregatione Concilii sisterent in causa pertinentiae cujusdam Ecclesiae vertente inter easdem, et Moniales S. Dominici Civitatis Ratisbonae . . . . . ,	294
CXXII.	
Indulgentiae nonnullae conceduntur pro Ecclesiis Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, ubique Terrarum . . . . . ,	ib.
CXXIII.	
Suspenditur celebratio Capituli Provincialis Ordinis Eremitarum S. Augustini Excalceatorum pro Provincia Ferrariensi, et Picena, et Prior Provincialis, ceterique Officiales Nominantur ad sexennium; tandem suspensa novitiorum receptio usque ad Diffinitorii Generalis resolutionem, Conventus Ferrariensis perpetuo assignatur pro Professorio . . . . . ,	295

CXXIV.	
De nova Bibliotheca cum Episcopo Valentino gratulatur; eundem, successoresque omnes, Rectores, et Moderatores perpetuos Bibliothecae deputat; Bibliothecariis privilegia, et exemptiones concedit, tandem ne libri a Bibliotheca extrahantur prohibet sub excommunicationis poena . . . . . pag.	298
CXXV.	
Episcopo non licere absque Apostolicae Sedis beneplacito, jurisdictionem quasi Episcopalem Presbytero Seculari conferre in territorio separato Nullius Diocesis Praelate Regulari comendatum, significat Antistiti Cephaldiensi in Sicilia . . . . . ,	299
CXXVI.	
Gallicanum Clerum hortatur, ut in proximis convocandis comitiis, quae a Benedicto XIV. super Sacramentorum administratione pro praxi, et norma praescripta fuerant, amplectatur et tueatur pro pace et prosperitate Gallicanae Ecclesiae . . . . . ,	301
CXXVII.	
Neapolitani Monasterii S. Clarae in statum pristinum restituitur titulus, ac munus Commissarii Apostolici, sed ejusdem Monasterii tantum . . . . . ,	302
CXXVIII.	
Confirmatio, seu innovatio privilegii alias per Sedem Apostolicam concessi, eligendi, et nominandi Presbyteros cujuscunque regionis ad Beneficia, seu Convictui Monialium de Schönis nuncupato, Ordinis S. Augustini Curien Diocesis . . . . . ,	304
CXXIX.	
De Cephaldiensi Episcopi arbitrio quoad potestatem quasi Episcopalem Sacerdoti tributam in Civitate Balearia, a sua Diocesi omnino disjuncta, et absque Apostolicae Sedis auctoritate, certiore redditi Catholice Religionem, huncque obsecrat ut periculosi schismatis initium remove pro sua curet religione . . . . . ,	305
CXXX.	
Illustris Principis Hohenloehici Religionem, et gesta pro Catholica fide comendat, atque ut prosequatur in laudabili opere hortatur ferventissime . . . . . ,	306
CXXXI.	
Comendat rationem redditam ab Episcopo Elnensi circa regimen cujusdam Parochiae, cui se	

prospecturum in sacra visitatione pollicitus fuerat . . . . . pag. ib.

**CXXXII.**

Ut Hasso-Cassellanum Principem in sua protectione recipiat, neque iniquas pactiones ab eo extortas dum Lutheranae haeresi ejuravit executioni committat, per hasce Literas hortatur Catholicum Regem . . . . . 307

**CXXXIII.**

Dolet cum Poloniae Rege illustri, quod Filius, quasdam Religionis exitiosas conditiones ratas habuerit in delato illi Curlandiae Ducatu hortaturque, ut pacta sic corrigat, quod Catholicorum jura salva, ac tecta permaneat . . . . . 308

**CXXXIV.**

Poloniae Regis, confessario in idem argumentum prescribit, cumque hortatur, ut cum Rege ipso de novis hisce scandalis removendis agat . . . . . 309

**CXXXV.**

In eodem argumenta, novo Curlandiae Duci Epistolem mittit . . . . . ead.

**CXXXVI.**

Super idem argumentum Generalis Archiepiscopi adjutrices operas provocat . . . . . 310

**CXXXVII.**

De iidem novationibus in Curlandiae Ducatu cum Livoniensis Episcopo agit . . . . . 311

**CXXXVIII.**

Ecclesiam S. Petri a Colomello Salernitanae Diocesis segregat, ac dismembrat a Monasterio S. Mariae Matris Domini dictae Diocesis, Ecclesiamque, et redditus incorporat Collegio S. Jesu Familiae in Civitate Neapolitana pro Sinensibus, et Indis, cum obligatione alendi alios quatuor Alumnos . . . . . 312

**CXXXIX.**

Quae contra Homicidas, et deferentes arma prohi-  
bita Benedictus XIV. pro Diocesis, et locis, Parmensi, Placentina, Burgi S. Domnini, et Guastallae sanciverat, eadem extendit ad terras, loca et oppida directi domini sui Ditionis temporalis Placentinae, in Diocesi Papiensi . . . . . 316

**CXL.**

Approbatio decreti Diffinitorii Generalis Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum, quo statuitur, Praebiteros Novitios in omnibus antecellere debere Laicos professos . . . . . 322

**CXLI.**

Alloquutio habita in Consistorio diei 7. Maii 1760. qua Pontifex exponit, gestae per Rempublicam Genuensem contra Praesulem Crescentium Apostolicum Visitatorem missum in Insula Corsicae, et Cardinalem in hac tanta re consilium exquiri, ab unoquoque scriptis tradendum . . . . . pag. 323

**CXLII.**

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, et Regularium, quo approbatur Conservatorium, seu specus pro Mulieribus animum a mundi illecebris revocare cupientibus erectum in Diocesi Bachiensi in Indis . . . . . 325

**CXLIII.**

Cum Genuensi Reipublicae Duce, et Gubernatoribus graviter dolet de edicto, quod promulgaverant adversus Signum Episcopum Visitatorem Apostolicum in Corsicae Insulam delegatum, ac serio innotuit illud e medio tollantur . . . . . 326

**CXLIV.**

Abrogatur Edictum in Civitate Genuensi nomine Ducis, et Gubernatorum illius Reipublicae promulgatum contra R. P. Cesarem Crescentium de Angelis Episcopum Signinum Visitatorem Apostolicum in quibusdam Corsicae Diocesis a Sanctitate Sua deputatum . . . . . 327

**CXLV.**

Gnesensi Archiepiscopo per Pontificias Literas de alternativa collatione Beneficiorum, et de nominatione ad quinque Cathedralium Dignitates in Poloniae Regno, datis postulationibus respondit, nonnullasque alias Ecclesiasticas quaestiones resolvit . . . . . 331

**CXLVI.**

Abbati Monasterii S. Juliani de Samos Ordinis S. Benedicti, Nullius Diocesis Provinciae Compostellanae, facultatem injungit permit-  
tendi in sua Diocesi artium exercitationes, et opera servilia, audita tamen Missa in Festis diebus aliquibus tamen solemnioribus exceptis . . . . . 333

**CXLVII.**

Idem indultum conceditur Abbati Monasterii de Saghagum Ordinis ejusdem, sub iisdem legibus et reservationibus . . . . . 334

**CXLVIII.**

Respondet Literis illustrium virorum in Ecclesiasticis Parisiensibus Comitibus congregatorum,

- quibus nunciaverunt, se Encyclicam Benedicti XIV. Epistolam uti stabilem normam sumpsisse, de quo summopere gratulantur . . . pag. 335
- CXLI.
- In idem argumentum scribit Narbonensi Archiepiscopo . . . . . 336
- CL.
- Prohibitio extrahendi, et comodandi reliquias extra Ecclesiam Conventus Terræ de Lugo Inolen Diœcesis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum sub excommunicationis pœna, nec non privationis vocis activæ et passivæ quoad Regulares . . . . . ib.
- CLI.
- Gratias Catholico Hispaniarum Regi reddit quod honorifice ab Hispanicis Magistratibus exceptus sit Apostolicus, penes Fidelissimum Regem Nuncius è Portugallie Regnis violenter expulsus, eundemque Hispaniarum Regem rogat, ut præfatum Nuncium in sua protectione recipiat, atque Apostolicæ Sedis contemptam dignitatem vindicet pro sua Religione . . . . . 337
- CLII.
- Confirmatio, et innovatio Literarum Benedicti XIV. super erectione Magistratus, privilegiis, et inductis Civitatis Forolivien . . . . . pag. 338
- CLIII.
- Bibliothecam ab Advocato Marco Antonio Albicini Congregationi Missionis ad proprium, et publicum Civium Foroliviensium usum prælegatam, attenta ejusdem Congregationis Sacerdotum prælegato eidem renunciatione, Comitatu Civitatis Forolivii ad publicum pariter usum donat, prævia derogatione dispositioni Testamentariæ Advocati Albicini . . . . . 343
- CLIV.
- Confirmantur omnia privilegia Auditorio Causarum Palatii Apostolici concessa: restituitur in eo antiqua methodus in casu æqualitatis suffragiorum servandâ, cum opportunis ordinationibus etiam circa Comissiones Causarum minus gravium, et Personas, studiis penes Auditores ipsius Auditorii addictas . . . . . 345
- CLV.
- Chirographum Pontificium, quo prospicitur editioni Monumentorum, et Inscriptionum posterioris ævi existentium in Ecclesiis, aliisque locis Almæ Urbis cum privilegio decennali favore Camera Capitulinæ . . . . . 349



# INDEX

## VOCABULORUM INITIALIUM

### OMNIUM CONSTITUTIONUM

Q U A E

IN HOC PRIMO TOMO CONTINENTUR

## A

<i>Ad augendam</i> 1759. . . . .	pag. 91
<i>Ad augendum</i> 1759. . . . .	264
<i>Ad augendam</i> 1760. . . . .	294
<i>Ad cœteras</i> 1759. . . . .	212
<i>Ad Pastoralis dignitatis fasti-</i> <i>gium</i> 1759. . . . .	195
<i>Ad Pastorale fastigium</i> 1759. . . . .	163
<i>Ad Pastoralis dignitatis</i> 1758. . . . .	170
<i>Ad Pastoralis dignitatis</i> 1759. . . . .	107
<i>Ad Supremum</i> 1759. . . . .	254
<i>Alias felicitatis recordationis</i> 1758. . . . .	34
<i>Alias postquam</i> 1760. . . . .	302
<i>Alias pro parte</i> 1759. . . . .	94
<i>Alias pro parte</i> 1759. . . . .	212
<i>Alias sicut accepimus</i> 1760. . . . .	316
<i>Appetente Sacro Quadragesimali</i> <i>tempore</i> 1759. . . . .	270
<i>A quo die Nobis</i> 1758. . . . .	27
<i>Audivimus ex Litera</i> 1759. . . . .	105
<i>Avendoci Poi rappresentato</i> 1760. . . . .	349

## C

<i>Ci è stato rappresentato</i> 1759. . . . .	93
<i>Circumspecta Romani Pontifi-</i> <i>cis</i> 1758. . . . .	64
<i>Cœlestium Munerum</i> 1759. . . . .	264
<i>Cogitantibus Nobis</i> 1760. . . . .	305
<i>Confugientibus ad Sedem</i> 1760. . . . .	306
<i>Conservationi</i> 1760. . . . .	290
<i>Consilium de Supremo</i> 1758. . . . .	1
<i>Cum multa alia</i> 1758. . . . .	20
<i>Cum Nos</i> 1759. . . . .	269
<i>Cum primam</i> 1759. . . . .	327
<i>Cum primum accepimus</i> 1760. . . . .	301
<i>Cum Sa. Me. Innocentius Pa-</i> <i>pa XII.</i> 1759. . . . .	224
<i>Cut sicut quædam</i> 1759. . . . .	85
<i>Cum tam Magna</i> 1760. . . . .	307
<i>Cum tandiu</i> 1760. . . . .	290
<i>Cum sicut</i> 1760. . . . .	333
<i>Cum sicut</i> 1760. . . . .	336

## D

<i>Dilectus filius</i> 1759. . . . .	214
<i>Dudum felicitatis recordationis</i> 1758. . . . .	58
<i>Dum intima</i> 1759. . . . .	82

## E

<i>Eam sane</i> 1759. . . . .	128
<i>Ea nobis inest</i> 1760. . . . .	309
<i>Ecclesiæ Catholicæ</i> 1759. . . . .	414
<i>Ecclesiasticæ disciplinæ</i> 1759. . . . .	447
<i>Egregia Venerabilis Fratris</i> 1759. . . . .	129
<i>Egregia Venerabilis Fratris</i> 1759. . . . .	131
<i>Emanavit Nuper</i> 1759. . . . .	225
<i>E sublimi hac Sacrosancti Apo-</i> <i>stolatus</i> 1758. . . . .	56
<i>Etsi in multis</i> 1760. . . . .	276
<i>Etsi minime</i> 1760. . . . .	292
<i>Etsi non fuimus</i> 1760. . . . .	306
<i>Etsi pluries</i> 1760. . . . .	275
<i>Etsi propter delatum</i> 1760. . . . .	309
<i>Ex injuncto nobis</i> 1759. . . . .	78
<i>Ex parte Collegii</i> 1759. . . . .	345
<i>Exploratum fere omnibus</i> 1758. . . . .	44
<i>Exponi nobis</i> 1759. . . . .	93
<i>Exponi nobis</i> 1759. . . . .	99
<i>Exponi nobis</i> 1759. . . . .	110
<i>Exponi nobis</i> 1759. . . . .	125
<i>Exponi nobis</i> 1759. . . . .	136
<i>Exponi nobis</i> 1759. . . . .	217
<i>Exponi nobis</i> 1760. . . . .	273
<i>Exponi nobis</i> 1760. . . . .	304
<i>Exponi nobis nuper</i> 1759. . . . .	333
<i>Exponi nobis nuper fecit</i> 1758. . . . .	21
<i>Exponi nobis nuper fecit</i> 1759. . . . .	81
<i>Exponi nobis nuper fecit</i> 1759. . . . .	86

## G

<i>Grata familiaritatis obsequia</i> 1758. . . . .	49
<i>Gravissimum, atque execrabile</i> <i>scelus</i> 1759. . . . .	10

## I

<i>In Apostolica</i> 1760. . . . .	328
<i>Indumentum, vestiumque</i> 1759. . . . .	91
<i>Injuncti nobis</i> 1759. . . . .	88
<i>Injuncti nobis</i> 1759. . . . .	210
<i>Injuncti nobis</i> 1759. . . . .	232
<i>In supereminenti</i> 1759. . . . .	89
<i>In supereminenti</i> 1759. . . . .	111
<i>In supremo militanti</i> 1759. . . . .	338
<i>Inviti ac mœrentes</i> 1760. . . . .	326
<i>Inter Ardua</i> 1759. . . . .	250
<i>Inter cœtera</i> 1759. . . . .	242
<i>Inter cœteras</i> 1759. . . . .	233
<i>Inter graviores</i> 1758. . . . .	42
<i>Inter gravissimas</i> 1760. . . . .	331
<i>Inter multiplices</i> 1758. . . . .	72
<i>Inter multiplices</i> 1759. . . . .	205
<i>Inter multiplicis</i> 1759. . . . .	265

## M

<i>Magno nos affecerunt</i> 1760. . . . .	335
<i>Majestatis Tuæ nomine</i> 1758. . . . .	35
<i>Majori certe</i> 1759. . . . .	235
<i>Militantis Ecclesiæ regimini</i> 1758. . . . .	18
<i>Mirum sane</i> 1760 . . . . .	299

## N

<i>Ne Regulares</i> 1759. . . . .	243
<i>Non ambigimus</i> 1759. . . . .	221
<i>Non erat cur</i> 1760. . . . .	336
<i>Non opus esse</i> 1760. . . . .	323
<i>Non volentes dilectos</i> 1758. . . . .	2
<i>Non volentes dilectos.</i> . . . . .	9
<i>Novit optime</i> 1760. . . . .	293
<i>Nuper nobis pro parte</i> 1760. . . . .	325
<i>Nuper pro parte</i> 1758. . . . .	62
<i>Nuper pro parte</i> 1759. . . . .	130

## O

<i>Omnium saluti</i> 1759. . . . .	262
------------------------------------	-----

## P

<i>Pastoralls officii</i> 1758. . . . .	75
<i>Pastoralis officii</i> 1759. . . . .	105
<i>Pastoralis Romani Pontificis</i> 1759 . . . . .	116
<i>Per quanto</i> . . . . .	252
<i>Pontificiæ Nostræ sollicitudinis</i> 1760. . . . .	310
<i>Posteriores Literæ</i> 1760. . . . .	272
<i>Post plurima</i> 1760. . . . .	295
<i>Postulationes vestras</i> 1759. . . . .	271

<i>Postulavit a Nobis</i> 1758. . . . .	45
<i>Præcipua Pontificii</i> 1759. . . . .	221
<i>Præclaram</i> . . . . .	209
<i>Præstantissima devotio</i> 1758. . . . .	160
<i>Præstantissima devotio</i> 1758. . . . .	167

## Q

<i>Quæ a Prædecessoribus Nostris</i> 1759. . . . .	236
<i>Quæcumque ad Majorem</i> 1759. . . . .	122
<i>Quæcumque a Te</i> 1759. . . . .	115
<i>Quæ de Sacerdotali</i> 1759. . . . .	235
<i>Quam in cunctis</i> 1759. . . . .	87
<i>Quam Pontificiæ charitati</i> 1758. . . . .	36
<i>Quanta Ecclesiæ Dei</i> 1760. . . . .	312
<i>Quantum Animo</i> 1760. . . . .	311
<i>Quantum utilitas</i> 1760. . . . .	274
<i>Quem antea</i> 1759. . . . .	98
<i>Quibus officiis</i> 1760. . . . .	294
<i>Quod enixis præcibus</i> 1758. . . . .	24
<i>Quod Nos in Suprema</i> 1758. . . . .	55
<i>Quos anno superiore</i> 1760. . . . .	291
<i>Quos in superiori</i> 1760. . . . .	277
<i>Quum certis nunciis</i> 1760. . . . .	308

## R

<i>Religiosam pacem</i> 1760. . . . .	322
<i>Romanum Pontificem</i> 1760. . . . .	279

## S

<i>Satis explicare</i> 1760. . . . .	337
<i>Sacrosanti Apostolatus</i> 1759. . . . .	111
<i>Sinceræ fidei.</i> . . . . .	202
<i>Si qui militari laude</i> 1758. . . . .	46
<i>Summo Nobis gaudio</i> 1758. . . . .	59
<i>Suprema Apostolica</i> 1759. . . . .	132
<i>Suprema Apostolicæ</i> 1759. . . . .	291
<i>Suprema Apostolicæ</i> 1760. . . . .	295
<i>Suprema dispositione</i> 1758. . . . .	37


## U

<i>Ubi primum</i> 1759. . . . .	97
<i>Ubi primum</i> 1760. . . . .	277
<i>Ubi primum accepimus</i> 1760. . . . .	278
<i>Universi Domini Gregis</i> 1758. . . . .	61
<i>Ut primum</i> 1759. . . . .	222

## V

<i>Venimus in altitudine</i> 1758. . . . .	225
--	-----

Clemens XIII Venetiis natus die 7 Martii 1693, Carolus Rezzonico antea dictus, Presbyter Cardinalis Tituli S. Marci, Benedicti XIV Successor, olim Episcopus Patavinus, creatus Cardinalis a san. mem. Clementis XII die 20 Decembris 1737 Summus Pontifex renunciatus est feria quinta, die sexta Julii 1758 a meridie; coronatus fuit die Dominico 16 ejusdem Mensis et Anni. Ecclesiam gubernavit per annos decem, menses sex, diesque viginti et octo. Ejus corpus conditum fuit in Basilica S. Petri Apostoli, ibique erectum insigne monumentum marmore sculptum ab Antonio Canova nostræ ætatis Phidia. Huic autem Clementi in Pontificatu successit Clemens XIV e familia Ganganelli de quo inferius.



I.

Allocutio Sanctissimi Domini Clementis PP. XIII. ad Eñnos, et Rñnos Dominos S. R. E. Cardinales habita in primo Consistorio secreto pro gratiarum actione post electionem ad Sanctam Sedem Apostolicam, feria quarta die 19. Julii 1758.

Venerabiles Fratres

Proemium

Consilium de Supremo Sacrosancti Apostolatus munere tenuitati nostræ deferendo initum, cum primum Nobis apertum fuit, Fraternitatibus Vestris præ cæteris manifestius constat, quantum et precibus et lacrymis deprecati fuerimus, ut irritum prorsus fieret ac penitus abjiceretur: Satis profecto consci, maxima infirmitate circumdatos haud pares debitasque ad tam periculosum Apostolicæ servitutis onus sustinendum digneque obeundum vires ac virtutes habere. Sed quoniam Omnipotens Deus, cujus providentia in sui dispositione non fallitur, sibi bene complacuit, ut brevi horarum spatio per

vestra suffragia gravissimum hujusmodi ministerium Nobis dolentibus ac merentibus imponeretur, Divinæ potius voluntati acquiescendum, quam propriæ nostræ sententiæ obsecundandum esse duximus. Postquam autem supplices ad hanc usque diem preces et hostias pacificas cum gratiarum actione obtulimus honorum omnium largitori Deo, qui Beatissimi Petri Apostolorum Principis Successorem declarare, atque Nos in sortem Summi Sacerdotii vocare et eligere, et ad Supremi æternique Pastoris animarum nostrarum Jesu Christi vices in terris gerendas constituere dignatus fuit, fas est, ut hodierna die etiam ex hoc loco coram Vobis, Venerabiles Fratres, preces et vota cum sollemni laudum confessione renovemus. Quam vero Fraternitatibus Vestris habemus, et quam unicuique Vestrum, ubicumque opportuna de amplissimo ordine, dignitate et commodis vestris benemerendi gratificandique se dederit occasio, prompti ac parati sumus referre gratiam, haud satis aptis verbis explicare possumus; Sed Vobis persuasum esse cupimus, Nos nunquam passuros fore, ut de grati animi defectu ar-

Gratiarum actio.

Datum 11 Julii 1758 Anno I.

Omne a Deo non ab humanis viribus sperandum.

*Depositum Orthodoxæ fidei sartum tectumque servare promittit.*

*Consilium et auxilium ab Emis Patribus exposcit in Universalis Ecclesie procuratore.*

guamur. Porro quo ad depositum Orthodoxæ Fidei, Nobis plane immerentibus divinitus creditum commissumque, rite sancteque servandum, quo ad Sacrum Catholicæ Ecclesiæ Principatum in centro unitatis sartum tectumque custodiendum, quo ad inconcussas Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis rationes cum rebus spiritualibus ac temporalibus conjunctas sedulo accurandas, forti pectore tutandas, ac pro viribus provehendas, non faciemus animam nostram pretiosioram quam Nos, fore in Domino confidentes, ut cælesti suo præsidio fiant ardua et prava in directa, et aspera in vias planas. Eapropter Vos, Venerabiles Fratres, quos in excolenda Vineâ Dei Sabbaoth pretioso Jesu Christi Sanguine fundata cooperatores et consiliarios habere lætamur, vehementer rogamus, atque in Domino hortamur, ut non solum assiduis pro Nobis ad misericordiarum Patrem obsecrationibus adjuvare pergatis, sed etiam saluberrimis consiliis et monitis, sedula amplissimi vestri in Universalis Ecclesiæ procuratore ministerii opera, eximia sapientia, singulari prudentia et Ecclesiastico zelo semper præsto adesse, alacriter sublevare, opportune admonere, et in tempore consulere satagatis. Dum os quidem nostrum patet ad Vos, Venerabiles Fratres, cor nostrum in veritate dilatatum est. In hac enim studiosa certaque Fraternitatum Vestrarum æmulatione mutuaque charitate ad opus Dei operandum, æternam nimirum Christifidelium salutem procurandam firmissimum præsidium collocantes, ac pro certo Nobis pollicentes, non defuturam speramus cæptis curisque Nostris Apostolicis cælestem operam ac patrocinium. Ita sane fiet, ut Sacrosancti Apostolatus initia, Deo auctore et auspice, suscepta, ipso etiam Duce præeunte et opitulante prosperis successibus procedant, angeantur et cumulentur ad majorem divini nominis gloriam, ad Orthodoxæ Fidei incrementum, Sacrosanctæ Religionis cultum, et sempiternam animarum nostrarum in cælesti statione tranquillitatem et lætitiâ.

## II.

Privilegia exemptionis et indulta conceduntur Dapiferis, qui in Conclavi sive Assumptionis S.R.E. Cardinalibus inservierunt.

*Dat. 5. Id. Julii 1758. Anno I.*

*Eadem privilegia concessa fuere ab Innocentio XIII Const. edit. 1721. 18 Maii, a Benedicto XIII Const. alia pridie Nonas Junii 1724, et a Clemente XII Const. edit. 1730 Jul. 26, ut videre est in Bullario Mainardi.*

Clemens PP. XIV.  
Urbis.

**MOTU PROPRIO** etc. Nos volentes Dilectos filios nostros, dum Cardinalatus honore fugebantur, ac Venerabilium Fratrum nostrarum S. R. E. Cardinalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo divina favente Clementia ad Summi Apostolatus Apicem assumpti fuimus, inservierunt, quique ea de causa labores, vigiliâs, et incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis, et privilegiis pro cujuscumque meritis exornare, ac eosdem Dapiferos, et eorum singulos.

*Causæ indulti*

§. 1. Motu proprio non ad ipsorum Dapiferorum, vel aliterius pro ipsis Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam; Sed de mera liberalitate, certa scientia nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine in veros, indubitatos, et non fictos Familiares continuos commensales nostros, et eos, qui ex illis Clerici existunt, seu Militiæ Clericali adscribi desiderant, quosque tres ex præfatis Cardinalibus, in quolibet ordine antiquiores gradu ex præfatis Cardinalibus, in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, et aliis meritis, dignos tali dignitate judicaverint in nostros, et Apostolicæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, tenore præsentium recipimus, et tam illos, quam alios Dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus, digni tali honore approbati fuerint, Sacri Palatii, et Aulæ Lateranæ. Comites et Milites, ac tam illos, quam alios omnes quoscumque Dapiferos indistincte, qui Nobiles non sunt, Nobiles quique Urbis, vel cujusvis alterius ex Civitatibus, temporali Dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ meditate, vel immediate subjectis, Cives

*Dapiferi creantur commensales, et Notarii Apostolici.*

*Nobiles, et Cives.*

esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, et ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti, petierit, veros Cives, ad instar, et nulla prorsus differentia, inter eos, et singulos alios veros, originarios, et antiquissimos, et Nobiles participantes, Cives ipsius Urbis, vel Civitatis.

Jus Civitatis in hæredes transit.

§. 2. Ita ut ipsum Jus Civilitatis, ad quoscumque eorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, et deputamus, ac Nobilitatis, et Civitatis titulo, et honore, et insigniis decoramus; aliorumque familiarium continuorum commensalium, Nobis actu in Palatio nostro Apostolico servientium, et in illius Tinello comedentium, et bibentium ac nostrorum, ac Sedi Apostolicæ Notariorum, Palatiique, et Aulæ præfatæ Comitum, Militum, et Nobilium, et Civium hujusmodi originariorum numero, et consortio favorabiliter aggregamus, et pro veris, indubitatis, et non fictis familiaribus continuis comensalibus, ac Notariis nostris, Comitibusque, Militibus, Nobilibusque, ac Civibus. deinceps haberi, et reputari volumus, et mandamus, eisque in quibuscumque impetrationibus, ac concessionibus, et litteris tam gratiam, quam Justitiam separatim, seu utramque mixtim concernentibus, se Familiares, continuos comensales nostros, et Comites, Milites, Nobiles, ac Cives, originarios nominari; nec propterea impetrationes, concessiones, et litteræ ipsæ subreptionis vitio subiaceant, sed validæ, et efficaces existant, ac ex nunc deinceps, et in perpetuum omnibus, et quibuscumque prorsus similibus antelationibus antelationum, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, et declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac Juribus, quibus alii nostri Familiares tempore dictæ Assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii, etiam de numero participantium, existentes, etiamsi habitum, et rocchetto Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique, et Aulæ prædictæ Comites, et Milites, ac Nobiles originarii, et antiquissimi Cives ejusdem Urbis vel Civitatis, quam ut præfertur elegerint, quicumque ex utroque Parente, vere Nobili, ac Cive originario, et antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias

etiam per quascumque litteras, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in Judicio, et extra sine tamen eorumdem Notariorum, de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, gaudere libere, et licite valeant realiter, et integre in omnibus, et per omnia, etiamsi in Urbe, et Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de vero Nobili genere ex utroque Parente originario, et antiquissimo Cive procreati forent, et hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, et Jura, quæ pro aliis Nobilibus, et Civibus originariis emanarunt, et quæ ratione Nobilitatis, et Civitatis naturalis, et originariæ aliis competunt pro eisdem Dapiferis in specie emanassent, seu emanarent, et eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competere vigore præsentium indulgemus.

§. 3. Ac singulos Dapiferos præfatos a solutione, et exactione Decimarum Ecclesiasticarum, ubique locorum, et ex quacumque quantumvis urgentissima, et incogitabili causa, et occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum etiam Venetorum, et quorumcumque aliorum Principum impositarum, et pro tempore imponendarum liberamus, et eximimus, liberosque, et exemptos fore, et esse decernimus; nec non ipsis Dapiferis, eorumque singulis quoscumque fructus, et proventus Ecclesiasticos, tam occasione pensionum annuarum ipsis, vel eorum alicui reservatarum, quam ratione omissionis, recitationis horarum Canonicarum indebite perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint, gratiose remittimus, et condonamus, ac cum eis super inhabilitate per eos, propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod censuris ligati, Missas, et alia divina officia, non tamen in contemptum Clavium celebraverint, aut alias in Divinis se immiscuerint, ut illa, et eisdem præmissis non obstantibus ad omnes, etiam Sacros, et Presbyteratus Ordines, alias tamen, rite promoveri, et in illis etiam susceptis alias rite per eos Ordinibus, etiam in Altaris Ministerio, ministrare, etiam libere, et licite valeant dispensamus;

§. 4. Ac eosdem Dapiferos si qui eorum defectum natalium patiantur ex

Illegittimos, legitimis natalibus restituit



quocumque damnato, et illicito coitu, etiamsi ex Nobilissimis Parentibus, et viribus feminis forsam procreati sint, etiamsi legitimitati alias existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, et abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, et maternis, et aliorum Consanguineorum, seu Cognatorum, vel aliorum quorumcumque non tamen feudalibus, et emphyteuticis, aut Ecclesia acquisitis, ac sine præjudicio venientium ab intestato, vel ex Fideicommisso, seu alias de jure valida dispositione succedere, et illa donationis, seu alio quovis titulo consequi, et habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura legitima, et successiones ex testamento, vel ab intestato hæreditates, legata, libertates restituendo, et reintegrando realiter, et cum effectu.

Ad dignitates admitti jubet.

§. 5. Nec non ad Dignitates, Honores, et quæcumque alia Officia sæcularia publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, et exercere in omnibus, et per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud Canonicum eis non obstat impedimentum, ac Clericali caractere, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, et ad omnes etiam Sacros, et Presbyteratus ordines, si ad illos nondum promoti sunt, promoveri, et postmodum caractere, et ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem Ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, et quæcumque cum Cura, et sine Cura Beneficia Ecclesiastica etiamsi Personatus, Administrationes, et Officia, etiam Curata, et electiva in Cathedralibus, et Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, et Præbendæ non tamen in Cathedralibus, ac Dignitates, non tamen in eisdem Cathedralibus post Pontificalem, majores, nec principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur, in illis recipere, et dummodo plura simul non sint, quam que a Concilio Tridentino permittuntur quoad vixerint retinere libere, et licite valeant similiter dispensamus.

§. 6. Quodque omnes, et quæcumque gratiæ, provisiones, Commendæ, ac præsentis, et quævis aliæ litteræ Apostolicæ, ac etiam in forma Brevis pro illis expediendæ, gratis ubique expediantur, tam de capiendâ possessione nomine Cameræ Apostolicæ, quam in favorem litterarum Apostolicarum, ubi illis super provisionibus quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris familiaribus, et continuis comensalibus, etiam gratis dantur, ac conceduntur, etiam dari, et concedi debeant præcipimus, et mandamus; Ac Dapiferis præfatis, et eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum, aut personæ quæcumque Ecclesiasticæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, et eorum singulos eligendi, seu eligendæ quæcumque pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, proventus, Juribus, obventionibus, et emolumentis universis certis, et incertis, ac distributionibus quotidianis quarumcumque Mensarum Episcopaliæ, Archiepiscopaliæ, et Abbatialiæ, et Dignitatum, et Canonicatum, et Præbendarum, cæterorumque beneficiorum Ecclesiasticorum non tamen per S. R. E. Cardinales obtentorum, et in posterum obtinendorum cum Cura, et sine Cura, Sæcularium, aut quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, et proventus, aliæque emolumenta, et distributiones hujusmodi reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu reservandos, etiam si alias semel, vel pluries translate, seu translate fuerint usque ad summam centum Ducatorum in toto, vel parte, ac etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassatæ, et extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, et proventus, et alia emolumenta, et distributiones hujusmodi usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eosdem Dapiferos, et eorum singulos nominandis quocumque, quæcumque et quæcumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus alias tamen Pensionum hujusmodi capacibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, et forma, quibus eisdem Dapiferis reservati erant, etiam absque beneficiis hujusmodi obtinentium consensu integre

Expeditionem litterarum gratis fieri mandat.

Facultatem transferendi pensiones usque ad summam 100. Ducatorum impertitur.

persolvendas, seu persolvendos, et per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, et levandos, reservare, constituere, et assignare valeant, ipsique Translatarii in possessionem dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Dapiferi tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ existebant in omnibus, et per omnia subrogati esse censeantur, etiam concedimus, et indulgemus, etiamsi similem gratiam a Prædecessoribus Nostris alias forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere, et potiri volumus.

§. 7. Decernentes ipsas translationes et novas reservationes, constitutiones, et assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, et proventuum, aliorumque hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque Beneficia, super quorum fructibus, redditibus, et proventibus reservatæ fuerint, obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore, ac eisdem Dapiferis, ut ratione quarumcumque pensionum eis, et eorum cuiuslibet, super quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum Ducatorum auri de Camera pro quolibet nunc, et pro tempore reservatarum, et reservandarum habitum, et tunc Clericales gestare, et in illis dummodo ipsi habitum decentem, et honestum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam cogi, seu compelli, minusque aliquas Sententias, aut Censuras etiam privationis, seu Cessationis ipsarum pensionum incurrere possint, ipsasque pensiones ad præfatam summam ducentorum ducatorum ascendentes, et reservatas, ut præfertur, etiamsi matrimonium contraxerint, cum unica tantum, et virgine recipere, et retinere.

§. 8. Postremo quod bona quæcumque ad dictos Dapiferos, et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam Canonicatum, et Præbendarum, ac Dignitatum quarumcumque per eos alias obtentorum, et obtinendorum, aut alias quomodolibet, et quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria legitime tamen, et licite acquisita, et acquirenda etiam in Urbe, ejusque districtu, et ubicumque existentia Spoliis minime subjaçant, sed ipsi Dapiferi etiamsi Re-

ligioni alicujus Militiæ etiam S. Joannis Hierosolimitani adscripti fuerint de illis in favorem quarumcumque Personarum, de jure tamen capacium, etiamsi Curiales esse desierint, et in quocumque loco, quantumvis remoto eos decedere contigerit testari, et alias disponere, eisque ab intestato decedentibus, eorum hæredes quicumque succedere libere, et licite valeant simili modo concedimus, et indulgemus.

§. 9. Præcipientes, et mandantes Dilectis Filiis nunc, et pro tempore existentibus S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præsentibus, Clericis Cameræ nostræ Apostolicæ, ac quibuscumque aliis Spoliatorum hujusmodi Collectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Procuratoribus, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes dictorum Dapiferorum desuper molestare audeant, seu præsumant, ac etiam decernentes, donationes etiam per viam Testamenti, et Codicillorum per ipsos Dapiferos de eorum bonis hujusmodi, servatis de juris servandis, faciendas semper, et perpetuo validas, et efficaces fore, nec eosdem Dapiferos, eorumque aliquem ad litteras super præsentibus conficiendas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, et registrari faciendum, teneri, nec illas, etiam si infra tempus legitimum insinuatæ, admittæ, seu registratæ non fuerint propterea minus validas censi, seu suos plenarios effectus sortiri debere, easdemque præsentibus, et in eis contenta quæcumque, sub quibusvis limitationibus, revocationibus, suspensionibus, modificationibus, decretis, Constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent aut moderarent, quæ à Nobis, et dicta Sede pro tempore, et de quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in divini Cultus augmentum, etiam concistorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel in posterum emanaverint minime comprehendere, sed quoties illæ emanabunt toties in pristinum statum repositas, et reintegratas esse, censi, sicque per quoscumque Judices, etiam Commissarios quavis auctoritate fungentes in quavis causa, et instantia sublata eis, et eorum cuiuslibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate ubique judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cumulativa simul gratiarum.

Facultas retinendi pensiones ad summam 200. Ducatorum.

A necessitate deferendi habitum, et tonsuram Clericalem dispensat.

Bona ipsorum a spoliis liberat, testandique facultatem indulgetur.

Eximit a molestiis.

Eximit ab insinuatione in Camera.

Clausula sublata, et decretum irritans

Expeditionem  
gratiosam man-  
dat.

§. 10. Et insuper Dilectis Filiis Rescribendario, et Computatori Collegii Scriptorum litterarum Apostolicarum, aliisque, ad quos earundem litterarum Expeditione spectat, in virtute sanctæ obediendiæ, et sub pœna indignationis nostræ motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus mandamus, ut easdem præsentibus, et forsitan alias litteras super præmissis omnibus, tam conjunctim, quam divisim, ac pro singulis quibuscumque derogationibus, decretis, et clausulis in eis contentis, gratis de mandato nostro, ubique in omnibus Officiis, etiam Abbreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum plumbi, et registri absque alia pecuniarum exactiōne, etiam per viam compositionis facien. omni contradictione, et dilatione cessantibus signent expediant, et expediendi faciant.

Contrariis de-  
rogat.

§. 11. Non obstantibus eisdem præmissis, ac de certo Notariorum numero, etiamsi ad illud non sit devenit, quibus alias per præsentibus non intendimus derogare, ac regula nostra de præstando consensu in Pensionibus, ac fel. recordationis Pii PP. IV. Prædecessoris nostri de similibus, vel dissimilibus gratiis in Camera Apostolica, infra tres menses præsentandis, ac registrandis, ac Pii Papæ V. etiam Prædecessoris nostri contra illegitimos, ac Pictaven. Concilii, et aliis Apostolicis, ac etiam in universalibus, provincialibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, et Ordinationibus, Monasteriorum, Ecclesiarum, Ordinum etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romæ, et aliarum Civitatum, Oppidorum, et Terrarum, aut Cameræ præfatæ, ac quarumvis Universitatum, etiam juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stabilimentis, usibus, et naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, et Ducalibus etiam sacris Canonibus, privilegiis quoque, indultis, et litteris Apostolicis, Superioribus, ac Personis, et Locis quibuscumque in genere, vel in specie, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis irritantibus, et aliis decretis etiam vim contractus, et statuti perpetui continentibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, ac etiam concistorialiter, ac alias forsitan in contrarium quomodolibet concessis,

approbatis, et innovatis, inter alia disponentibus, quod Beneficia Urbis, nonnisi Personis certis modo, et forma qualificatis, et oriundis exceptis locis, ac trium Ordinum Militiarum expresse professis conferri, et commendari soleant, quibus omnibus etiam si alias pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, et expresse harum serie, motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

*Fiat Motu proprio L.*

Et cum absolute a Censuris ad effectum etc. et in casibus regulæ de insordescensibus cum opportuna illius, nec non alterius regulæ de non tollendo Jure quæsito, aliisque necessariis, et opportunis derogationibus, quatenus opus sit, et quod Indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmissorum omnium, et singulorum major, et verior specificatio, et expressio fieri posset in litteris, in quibus singulorum Dapiferorum nomina, et cognomina, ordines, qualitates, gradus, Dioceses, Patriæ, et alia requisita exprimi, et describi, seu pro expressis, et descripta haberi possint juxta notulam per ipsos, seu eorum deputatos confectam, simul, vel ad partem in una non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur expedire etc.

§. 12. Volumus autem quod litterarum super præsentibus conficiendarum Transumptis etiam impressis, et sigillo, et manu alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, et subscriptis eadem fides tam in Judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ; Volumus præterea, quod sola præsentis Motu proprii nostri signatura sufficiat, et ubique fidem faciat

Transumptorum fides.

in Judicio, et extra illud, regula quamque contraria non obstan.

*Fiat L.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Quinto Idus Julii Anno Primo.

NOMINA

*Eminentissimorum DD. Cardinalium, et Dapiferorum sunt hæc quæ sequuntur.*

Carolus Rezzonico nunc Clemens XIII. Venetus.

Comes Galeattius Marescotti Clericus Nob. Rom.

EPISCOPI VI.

Ranerius Episcopus Ostien., et Veliternen. S. Colleg. Decanus Card. Felci Florent.

Abbas Joseph Vai Clericus Nob. Pratensis.

Frater Joannes Antonius Episcopus Portuen. S. R. E. Card. Guadagni Florentinus.

Abbas Vincentius Capranica Clericus Nob. Rom.

Franciscus Episcopus Albanen. S. R. E. Card. Burghesius Rom.

Petrus Paracciani Cler. Nob. Rom. Bas. Liberianæ Can.

Joseph Episcopus Prænest. S. R. E. Card. Spinelli Neapol.

Antonius Camillus Androsilla Presbyter Nob. Rom. Eccl. S. Joan. Lateran. Can.

Carolus Maria Episcopus Tusculanus S. R. E. Card. Sacripantes Rom.

Marchio Nic. Maria Sacripantes Vittatus.

Joachim Ferdinandus Episcopus Sabinen. S. R. E. Card. Portocarrero.

Comes Petrus Negroni Cler. Nob. Rom.

PRESBYTERI XXVIII.

Dominicus Tituli Sanctæ Praxedis S. R. E. Card. Passionei Forosempronienensis.

Abbas Jacobus de Salha Presbyter Bajonensis in sacra Theologia licentiatus, Socius Sorbonicus, Ecclesiæ Parisiensis Can. ac Tholosanæ Dioecesis Vicar. Generalis.

Camillus tituli S. Mariæ Transtyberim S. R. E. Card. Paulutius Forolivien. Arimbertus Borbon De Monte Presbyter. Nob. Rom. Vat. Bas. Canonicus.

Carolus Albertus Guidobonus Tit. S. Mariæ de Pace S. R. E. Card. Cavallini.

Philippus Nuti Nob. Eugub. Ordinis SS. Mauritii et Lazzari Comendator.

Jacobus Tituli S. Anastasiæ S. R. E. Card. Oddi Perusinus.

Comes Henricus Oddi Cler. Patrius Perusin.

Federicus Marcellus Tit. S. Silvestri in Capite S. R. E. Card. Lantes Rom.

Antonius ex Ducibus Lante Cler. Nob. Rom.

Marcellus Tituli S. Mariæ de Transpentina S. R. E. Card. Crescenzi Rom. Archiep. Ferrarien.

Abbas Lelius De Cinque Cler. Nob. Rom.

Georgens Tit. S. Cecilæ S. R. E. Card. Doria Januen.

Abbas Cajetanus ex Ducibus Caffarelli Cler. Nob. Rom.

Joseph Tit. S. Mariæ in Via S. R. E. Card. Puteobonellus Mediolan. Archiep. Mediolanen.

Ludovicus ex comitibus Degli Oddi Cler. Patritius Perusin.

Fortunatus Tit. S. Calisti S. R. E. Card. Tamburrinus Mutinen.

Angelus Fabroni Presbyter Patrit. Pistorien., ac Bas. S. Mariæ in Transtyberim Canon.

Hieronimus Tit. S. Mariæ Angelorum S. R. E. Card. Bardi Floren.

Abbas Franciscus Viviani Cler. Nob. Florent.

Daniel Tit. S. Mar. supra Minervam S. R. E. Card. Delfinus Venetus.

Comes Philippus Casoni Cler. Nobilis Lunensarzanen.

Carolus Victorius Amadeus Tit. S. Sixti S. R. E. Card. Delle Lanze Taurinen. Arch. Nicosien.

Antonius Ciafaglione ex Ducibus Villebone Presbyter Nob. Panormitan.

Henricus Benedictus Maria Clemens Tit. SS. Duodecim Apostolorum S. R. E. Card. Dux Eboracen. Rom.

Franciscus ex Ducibus Caffarelli Presbyter Nob. Rom. ac Vaticanæ Basilicæ Can.

Joseph Maria Tit. S. Pancratii S. R. E. Card. Ferroni Florent.

Marchio Joseph Ferroni Cler. Nob. Floren.

Fabritius Tit. S. Stephani ad Montem  
Cœlium S. R. E. Card. Serbelloni Bo-  
nonien.  
Abbas Cristophorus Antonius Ru-  
sca Presbyter Nob. Tirolensis.  
Joannes Franciscus Tit. S. Martini ad  
montes S. R. E. Card. Stoppani Me-  
diolan.  
Comes Franciscus Soderini Cler.  
Nob. Rom.  
Lucas Melchior Tituli S. Crucis in Hy-  
rusalem S. R. E. Card. Tempi Florent.  
Abbas Vitalissimus Arrighi Cler.  
Nob. Florent.  
Carolus Franciscus Tit. SS. Quatuor Co-  
ronatorum S. R. E. Card. Durini Me-  
diolanen. Archiep. Episc. Papien.  
Antonius Schiaffinati Presbyter Nob.  
ac Cathedralis Papien. Can.  
Cosimus Tit. S. Clementis S. R. E. Card.  
Imperiali Januen.  
Abbas Josephus Firrao Cler. Nobil.  
Neapolit.  
Vincentius Tit. SS. Marcellini, et Petri  
S. R. E. Card. Malvezzi Bononien.  
Abbas Antonius Cibello Cler. Nea-  
polit.  
Clemens Tit. SS. Trinit. ad Montem  
Pincium S. R. E. Card. Argiovillieres  
Rom.  
Abbas Dominicus Rutati Cler. Pa-  
tritius Pistoriensis.  
D. Antonius Andreas Tit. S. Petri in  
Vinculis S. R. E. Card. Galli Bo-  
nonien.  
Abbas Julius De Dominicis Presby-  
ter Patrit. Typhernaten.  
Antonius Tit. S. Pudentianæ S. R. E.  
Card. Sersale Surrentinus Archiep.  
Neapolit.  
Abbas Joseph Mollo Presbyter Nob.  
Neapolit.  
Albericus Tit. SS. Laurentii et Damasi  
S. R. E. Card. Archinto S. R. E.  
Vicecancellarius Mediolan.  
Alexander De Lascaris ex comit.  
Ventimille Presbyter Vintimi-  
lien.  
Joannes Baptista Tit. . . . . S. R. E.  
Card. Rovero Archiep. Turinen. Asten-  
sis.  
Ludovicus ex comit. Gazelli Tu-  
rinen. Canonicus.  
Paulus Tit. . . . . S. R. E. Card.  
D'Albert de Luynes de Versaglies Ar-  
chiep. Sevonen.  
Abbas Joseph Franciscus Felix De  
Laizer de Siougeat Presbyt. Cla-  
ramonten.  
Stephanus tit. . . . . S. R. E. Card. Po-  
tier de Gaspaes Parisien. Episc. Be-  
luacen.

Abbas Alexander Yvo de Masbeuf.  
Diac. Rhedon.  
Franciscus Corrado Casimirus tit. . . .  
S. R. E. Card. de Rodt. de Marispurg  
Episc. Costantien.  
Abbas Scipio Alessandri Cler. Nob.  
Perus.

#### DIACONI X.

Alexander tit. S. Mariæ in Via-Lata  
S. R. E. Card. Albani Rom.  
Abbas Josephus Franciscus de Ma-  
lidé Presbyter. Parisien.  
Nereus Maria Tituli S. Eustachii S. R. E.  
Card. Corsini Florentin.  
Petrus Franciscus Foggini Presby-  
ter Florent.  
Agabitus tit. S. Agathæ ad Suburram  
S. R. E. Card. Mosca Pisauren.  
Abbas Dominicus Boldigara Pre-  
sbyter Pisauren.  
Hieronimus tit. SS. Cosmæ et Damiani  
S. R. E. Card. Columna Rom.  
Marchio Ignatius Busca Cler. Nob.  
Mediolanen.  
Prosper tit. S. Mariæ ad Martyres S.  
R. E. Card. Columna De Sciarra Rom.  
Franciscus ex Marchion. De Cava-  
leriis Cler. Nob. Rom.  
Dominicus tit. S. Nicolai in Carcere  
Tulliano S. R. E. Card. Orsini Ro-  
manus.  
Abbas Æmilius ex Ducibus Lantes  
Cler. Nob. Rom.  
Joannes Franciscus tit. S. Cæsarei S. R.  
E. Card. Albani.  
Marchio Justinianus Vitelleschi No-  
bilis Fulg.  
Flavius tit. S. Angeli in Foro piscium  
S. R. E. Card. Chisius Rom.  
Abbas Hyeron. Volpi Cler. Nobilis  
Baren.  
Joan. Franc. tit. S. Hadriani S. R. E.  
Card. Banchini Pistorien.  
Abbas Petrus ex com. Ubaldini  
Cler. Nob. Pistor.  
Aloysius M. tit. SS. Viti et Modesti S. R. E.  
Card. Torregiani Florent.  
Abbas Dominicus Vitelleschi Cler.  
Nob. Rom.

## III.

Datum Duo- Gratia et privilegia Conclavistis postre-  
decimo Kalen- mi hujus Conclavis concessa.  
das Julii 1758.  
Anno I.

*Eadem privilegia concessa fuerunt ab Innocentio XIII. Const. edit. 1721. Maii 18. a Benedicto XIII. const. alia 4. Junii 1724. a Clemente XII. Const. edit. 1730. Julii 16. ut videre est in Bullario Mainardi.*

Clemens Papa XIV.  
Urbis

Causae Indulti

**MOTU PROPRIO** etc. Nos volentes Dilectos Filios, Conclavistas, qui Conclavi, in quo Divina favente Clementia ad Summi Apostolatus apicem, assumpti fuimus, Nobis, et Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, uti Familiares, et continui Commensales inservientes interfuerunt, quique ea de causa labores, vigilias, et incommoda plura subierunt habitate ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratis et privilegiis pro cujusque meritis exornare.

Donata scuta  
decem mille  
Auri pro Con-  
clavi.

§. 1. Ipsosque Conclavistas, quibus hodie, ac aliis participantibus descriptis in Rolo, seu divisione subscripto, seu subscripta per Venerabilem Fratrem Nostrum Carolum Albertum Episcopum Ostiensem, et Veliternensem S. R. E. Cardinalem Guidobonum Cavalchinum nuncupatum Prodatarium Nostrum summam decem millium scutorum auri in auro ex pretio tot Officiorum Vacabilium ad Nos spectantium gratiose donavimus in veros, indubitatos, et non fictos Familiares, et continuos Commensales Nostros, ac eos, qui ex illis Clerici existunt, seu Militiae Clericali adscribi desiderant, quosque tres praefatae S. R. E. Cardinales singulatim in quolibet Ordine antiquiores gradu, Nobilitate, et aliis meritis dignos tali Dignitate judicaverint in Nostros, et Sedis Apostolicae Notarios, sine tamen praedictio Dilectorum Filiorum de numero participantium Notariorum recipimus, et tam illos, quam alios Conclavistas singulos, qui singulatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint Sacri Palatii, et Aulæ Lateranensis Comites, et Milites, et tam illos quam omnes etiam quoscumque alios Conclavistas indistincte, qui Nobiles non sunt, Nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus temporali Dominio eidem S. R. E. mediate, vel imme-

Receptio in fa-  
miliares.

Notarios

Comites

diatae subjectis Cives esse voluerint singulos in ea ipsa Civitate, quam singulatim quisque eorum elegerit, et ad quam ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, et sine ulla prorsus differentia inter eos, et singulos alios veros Originarios, et antiquissimos etiam Nobiles, et participantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis, itant ipsum Jus Civilitatis ad quoscumque illorum haeredes eodem modo transeat creamus, constituimus, et deputamus, ac Nobilitatis et Civilitatis titulo, honore, et Insigniis decoramus, aliorumque Familiarium, et continuorum Commensalium Nobis actu in Palatio Nostro Apostolico inservientium, ac in illius Tinnello comedentium, et hibernentium, ac Nostrorum et Sedis praefatae Notariorum Palatii, et Aulæ praedictorum Comitum, Militum, et Nobilium, ac Civium hujusmodi Originariorum numero, et consortio favorabiliter aggregamus, et pro veris, et indubitatis, et non fictis familiaribus, continuis Commensalibus, ac Notariis Nostris, Comitibus, Nobilibus, Militibus, et Civibus deinceps haberi volumus, et reputari mandamus, eisque, ut in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, et Litteris tam gratiam, quam justitiam separatim, seu utramque mixtim concernentibus se Familiares, continuos Commensales, Nostrosque Comites, Milites, Nobiles, et Cives etiam Originarios nominare possint, nec propterea impetrationes, concessiones, et literae hujusmodi subreptionis vitio subjaceant, sed validae, et efficaces existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus et quibuscumque, ac prorsus similibus antelationibus, praerogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii nostri Familiares tempore dictae Assumptionis Nostrae ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii etiam de numero participantium existentes, etiamsi habitum, et Rocchetum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique et Aulæ praefatorum Comites Milites, Nobiles etiam Originarii, ac antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam ut praefertur elegerint, quique ex utroque Parente vere Nobili, et Cive Originario, et antiquissimo procreati de jure, Statuto, consuetudine, vel alia ex aliquo spe-

Cives

Nobiles creat

ciali privilegio, seu alias quomodolibet, etiam quoad assecutionem quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum etiam per quascumque Literas, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, frauntur, potiuntur, et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in Judicio, et extra sine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite valeant, realiter, et integre in omnibus, et per omnia etiam si in Urbe, et Civitate hujusmodi non habitaveriat, perinde ac si de vere nobili genere, et ex utroque Parente Nobili Originario, ac antiquissimo Cive procreati forent, et hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, et jura, quæ pro aliis Nobilibus, et Civibus Originariis emanarunt, et quæ ratione Nobilitatis, et Civilitatis naturalis, et Originariæ aliis competunt pro eisdem Conclavistis in specie emanassent, seu emanarent, et eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competere auctoritate, et tenore similibus indulgemus.

Exemptio a gabellis, decimis, et oneribus.

§. 2. Ac Conclavistas præfatos a solutione, et exactione quarumcumque decimarum non tamen decimarum subsidiorum, et onerum in subsidium expeditioni contra Turcas, et Orthodoxæ Fidei hostes impositarum, et impositorum, et cujuscumque Pedagogii, subsidii, Gabelle, et cujuscumque oneris ordinarii, et extraordinarii ubique locorum, et ex quacumque quantumvis urgentissima, et incogitabili causa, et occasione etiam ad instantiam Imperatoris, Regum et Rerumpublicarum etiam Venetæ, et aliorum quorumcumque Principum impositorum, et imponendorum pro tempore ex nunc prout ex tunc, et e contra, et postquam casus hujusmodi impositionis, et solutionis evenerit liberamus, et eximimus, liberosque et exemptos fore, et esse decernimus, districtius inhibentes dilectis filiis nunc, et pro tempore existentibus ejusdem S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præsidentibus, Clericis ac quibuscumque aliis Officialibus Camere Nostræ Apostolicæ, ac Exactoribus Decimarum, præterquam Decimarum Subsidiorum, et Onerum in Subsidium expeditionis contra Turcas, et Orthodoxæ Fidei hostes, ut præfertur impositarum, et impositorum, nec non cujuscumque Pedagogii, subsidii, Gabelle, et aliorum, ut præfertur, impositorum onerum hujusmodi,

ac aliis Personis, cujuscumque Ecclesiasticæ, vel Sæcularis Dignitatis, status, gradus, ordinis, et conditioni existentibus, ne eos ad aliquam solutionem cogere, seu compellere, aut super præmissis, eorumque usu, possessione, vel quasi directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio molestare, vel alias quomodolibet impedire quoquo modo præsumant.

§. 3. Nec non eisdem Conclavistis, quod bona quæcumque ad ipsos, et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, et sine cura Sæcularium, et quorumvis Ordinum, et Militiarum, atque Hospitalium quorumcumque Regularium, nec non Canonicatum, et Præbendarum, ac Dignitatum quorumlibet per eos alias obtentorum, et obtinendorum aut alias quomodolibet, et quovis quæsito colore vel ingenio, seu eorum industria legitime tamen, et alias licite acquisita, seu acquirenda etiam in dicta Urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia spoliis minime subjaçant, sed Conclavistæ præfati, etiam si Religioni alicujus Militiæ, non tamen S. Joannis Hierosolimitani adscripti, et in ea expresse professi fuerint, de illis in favorem quarumcumque Personarum de jure tamen capacium, etiam si Curiales esse desierint, et in quocumque loco, quantumvis remoto etiam extra eorum propriam residentiam eos decedere contigerit testari, vel alias disponere, iisque ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque succedere libere, et licite valeant, simili modo concedimus, et indulgemus, præcipientes, et mandantes eisdem præfatæ S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præsidentibus, et quibusvis aliis Spoliorum hujusmodi Collectoribus, et Sub-Collectoribus, ac Militiarum, non tamen dicti Sancti Joannis Hierosolimitani prædictarum Receptoribus, Officialibus, aut Prioribus, et quibusvis aliis Personis, tam Sæcularibus, quam Regularibus etiam si cujusvis Militiæ, et cujusvis gradus, status, ordinis, et præminentiae etiam si speciali nota digni existant, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum Conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant; Ac etiam decernentes donationes etiam per viam Testamenti, et Codicillorum per ipsos Conclavistas de eorum bonis hujusmodi faciendas semper, et perpetuo validas, et efficaces fore.

Exemptio a spoliis; et facultas testandi.

Facultas concessa etiam Equilibus cuiuscumque Militiæ retinendi pensiones ad summam ducatorum 200.

§. 4. Ac cum iisdem Conclavistis etiam in Militia Sancti Joannis Hierosolymitani, et in quavis alia Militia expresse professis quod ratione quarumcumque Pensionum annuarum eis, et eorum cuilibet super quorumvis Beneficiorum Ecclesiasticorum, et etiam Mensarum Episcopaliū, Archiepiscopaliū, Abbatialiū, nec non dignitatum quarumcumque, ac Monasteriorum etiam per ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ad præsens obtentorum, et in posterum quomodolibet obtinendorum fructibus etc. ac etiam distributionibus quotidianis, non tamen ultra summam Ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet eorum, nunc, et pro tempore reservatarum, et assignatarum, ac reservandarum, et assignandarum habitum, et tonsuram Clericalem gestare; Et in illis dummodo alias ipsi habitum decentem, et honestum, ac per Milites præfatos gestari solitum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam desuper cogi, seu compelli minusque aliquas sententias, censuras, nec etiam privationis, seu cessationis ipsarum Pensionum pœnas, occasione præmissorum incurrere possint, sed easdem Pensiones usque ad præfatam summam ducentorum ducatorum hujusmodi ascendentes, et reservatas, et in posterum reservandas, ut præfertur etiam si Matrimonium, quod Milites alicujus Militiæ, videlicet cum Militia compatibile jam contraxerint, vel post hac contrahere voluerint cum unica, et virgine tantum recipere, et quoad vixerit, et quilibet eorum respective vixerit retinere libere et licite valeant de speciali dono gratiæ dispensamus.

§. 5. Et insuper Conclavistis præfatis, et eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedralium, seu duarum Insignium Urbis Collegiatarum Ecclesiarum, aut Personæ aliæ quæcumque Ecclesiasticæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, et eorum singulos eligendi, seu eligendæ quascumque Pensiones annuas eis, et eorum singulis super quibuscumque fructibus etc. juribus, obventionibus, et emolumentis universis, certis, et incertis quarumcumque Mensarum Episcopaliū, Archiepiscopaliū, et Abbatialiū, ac etiam distributionibus quotidianis etiam ratione servitii, et mercedis Dignitatum, Canonicatum, et Præbendarum, cæterorumque aliorum quorumcumque be-

neficiorum Ecclesiasticorum cum cura, et sine cura Sæcularium, et quorumvis Ordinum Regularium, non tamen per S. R. E. Cardinales obtentorum reservatas, seu fructus etc. hujusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiamsi semel, vel pluries translata, seu translati fuerint usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similia in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassata, et extinctæ fuerint alias similes Pensiones annuas, seu fructus etc. hujusmodi usque ad summam præfatam centum ducatorum uni, vel pluribus aliis Personis Ecclesiasticis, vel etiam Clericali caractere tunc temporis nondum insignitis, cum clausula tamen ex tunc, prout postquam dicto caractere rite insigniti fuerint, seu alias Pensionum, seu fructuum hujusmodi capacibus per eosdem Conclavistas, et illorum singulos nominandos etiam quæcumque, quocumque, et qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis, eisdem modo, et forma, quibus eisdem Conclavistis reservatæ, seu reservati erant, etiam, absque Beneficia hujusmodi obtinentium consensu, integre persolvendas, et per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, et levandas, aut percipiendos, exigendos, et levandos, reservare, constituere, concedere, et assignare possint, ita ut præfati Translatarii in quasi possessione Pensiones, seu fructus etc. hujusmodi exigendi, in qua ipsi Conclavistæ tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ existebant, in omnibus, et per omnia subrogati esse censeantur, concedimus, et indulgemus.

§. 6. Etiamsi similem gratiam a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, alias forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum Privilegiorum Conclavistarum, quam ex quocumque alio Indulto, et privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, et concessionem impedire nolumus, sed cumulative concessam, et concessas esse volumus, ita ut quilibet eorum cumulative, et ampliative præfatis facultatibus præsentibus, et præteritis privilegiis hac in re concessis uti, frui, et potiri possint. Decernentes novas reservationes, constitutiones, concessiones, assignationes, et translationes Pensionum, ac fructuum etc. hujusmodi, ut præfertur, faciendas ex nunc, prout

Cumulativa similia gratiarum.

Absque necessitate deferendi habitum, et tonsuram Clericalem.

Facultas transferendi pensiones usque ad summam 100 ducatorum.



postquam factæ fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipsaque Beneficia, super quorum fructibus etc. aliisque hujusmodi reservatæ fuerint obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore.

Concessio Antianitatis Equitibus Hierosolymitanis, seu alterius Militie.

§. 7. Nec non Conclavistis præfatis, qui S. Joannis Hierosolymitani, seu cujusvis alterius Militiæ, seu Religionis Regularis etiam expresse professi sunt, ut etiamsi ab eorum Conventu absentes existant, dummodo tamen quinquennalem, seu aliam debitam residentiam in Conventu fecerint, et consueta servitia præstiterint, quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, ac quarumvis Pensionum, et Commendarum eorum Militiæ, seu Religionis capaces existant, perinde, ac si in eadem Militia, seu Religione antianitatem de Justitia consecuti fuissent, similiter indulgemus.

Legittimatio illegittimorum, et habitatio ad successiones honores, ordines, et beneficia.

§. 8. Præterea eosdem Conclavistas, si qui eorum defectum natalium patiantur ex quocumque damnato, et illicito coitu, etiamsi ex Nobilibus Parentibus, et vilibus fœminis procreati existant, etiamsi alias legitimated existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, et abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, et cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, et aliorum Consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen præjudicio venientium ab intestato, vel fideicommisso, seu alias de jure valida dispositione, et præterquam in bonis Ecclesiasticis, et ab Ecclesia provenientibus succedere, et illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, et habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere eos ad omnia jura, legitimas successiones ex Testamento, vel ab intestato hæreditates, Legata, libertates, restituendo realiter, et cum effectu, ac ad Dignitates, honores, et quæcumque alia officia sæcularia publica, vel privata, etiam assumi, illaque gerere, et exercere in omnibus, et per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud Canonicum eis non obsistat impedimentum, ut Clericali caractere, qui illo nondum insigniti sunt insigniri, ac ad omnes etiam Sacros, et Presbyteratus Ordines si nondum ad illos promoti sint promoveri, ac postmodum caractere, et Ordinibus hujusmodi, ac illorum privilegiis uti, ac in eisdem Or-

dinibus, etiam in Altari Ministerio ministrare, et quacumque, et qualiacumque cum cura, et sine cura Beneficia Ecclesiastica, etiamsi Personatus, Administrationes, et Officia etiam curata, et electiva in Cathedralibus, et Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonatus, et præbendæ, ac Dignitates non tamen majores post Pontificalem in Cathedralibus, aut Principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si eis alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur, in iisdem recipere, et dummodo plura simul non sint, quam, quæ a Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint retinere libere, et licite valeant, similiter dispensamus.

§. 9. Ac omnes, et quoscumque defectus, si qui forsitan sint in omnibus, et quibuscumque provisionibus, ac permutationibus beneficiorum quorumcumque eorundem Conclavistarum, tam ob multiplicatam titularum, ac ob incursionem quarumcumque censurarum etiam irregularitatis, et similiter in expeditionibus litterarum Apostolicarum super illis, quam alias ex quavis causa provenientes quoad præteritum tantum, ac sine præjudicio Juris alicui quæsiti, et dummodo non intercesserit Simonix labes, nec aliqua lis desuper pendeat, sanamus, ac provisiones hujusmodi vigore præsentium in utroque foro perinde, ac si novas provisiones obtinuissent revalidamus, et quatenus opus sit omnibus, et singulis eorum de omnibus, et singulis Dignitatibus, et aliis cum cura, et sine cura beneficiis Ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, et nuncupatis etiam cujusvis Ordinis Regularibus per eos respective obtentis, de novo etiam respective providemus, ac omnes, et singulas pensiones eis, et eorum singulis, super quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum quomodolibet qualificatorum, et nuncupatorum etiam alicujus Ordinis Regularium fructibus etc. ac etiam distributionibus quotidianis respective reservatas similiter de novo reservamus.

Sanatio defectuum provisionum.

§. 10. Ipsiisque Conclavistis, eorumque singulis, quoscumque fructus etc. Ecclesiasticos, occasione quarumcumque Dignitatum, Canonatuum, et Prebendarum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, ac quarumcumque Pensio-

Remissio fructuum nuncupatorum.

num annuarum ipsis, et eorum cuilibet respective collatarum, et reservatarum tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, et occasionibus etiam ratione omissionis recitationis horarum Canoniarum, vel eorum non promotionis ad omnes etiam Sacros, et Presbyteratus ordines, vel non suspensionis gradus doctoratus indebite perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint gratiose remittimus, et condemnamus, ac cum eis super inhabilitate, et irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod Censuris hujusmodi ligati Missas, et alia Divina Officia dummodo tamen non in contemptum clavium celebraverint, aut alias in Divinis se immiscuerint, quodque illa, et præmissis eisdem non obstantibus ad omnes etiam Sacros, et Præsbyteratus Ordines alias rite et dummodo nullum aliud alicui eorum obstet Canonicum impedimentum promoveri, et in illis, et in susceptis per eos alias rite Ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare libere, et licite valeant dispensamus.

§. 11. Quodque omnes, et quæcumque gratiæ, provisiones, Commendæ, et quævis aliæ litteræ Apostolicæ provisionum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum hujusmodi, prout nostris familiaribus continuis Commensalibus eisdem Conclavistis, et eorum cuilibet gratis dentur, concedantur, et expediantur ac etiam litteræ ipsæ in forma brevis tam de capienda possessione nomine dictæ Camere Apostolicæ, quam alias ut illis super provisionibus quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, similiter gratis dentur, concedantur, et expediantur, ac dari, concedi, et expediri omnino debeant etiam præcipimus, et mandamus.

§. 12. Ac eisdem Conclavistis, et eorum cuilibet, ut alia similia, vel dissimilia indulta, privilegia, facultates, et gratias hactenus eis, et eorum cuilibet per Nos, et Romanos Pontifices Prædecessores nostros, et Sedem præfatam concessa in suo robore, et firmitate cum præsentibus stare; ac illorum omnium, et singulorum tenores, perinde ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus haberi volumus pro expressis, quam in posterum concedenda specialia, vel generalia, quibus per præsentibus, ac præsentibus per illa minime in aliquo præjudicare intendimus, ita ut quotcumque et qualicumque fuerint

unum alteri derogare non censeantur, sed eos, et eorum quemlibet illis simul, ac cum præsentibus prædictis cumulative, vel singulariter, prout eisdem Conclavistis, et eorum cuilibet magis expediens videbitur frui, et gaudere posse decernimus, dummodo tamen præsentibus non adversentur, similiter concedimus, et indulgemus.

§. 13. Postremo eosdem Conclavistas, eorumque aliquem ad præsentem Motum proprium, seu litteras super præsentibus, si videbitur confiendas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, et registrari petendum minime teneri, nec illum seu illas etiam si Motus proprius, et litteræ hujusmodi intra legitimum tempus insinuatus, admissus, et registratus non fuerint propterea minus validum, seu validas censi, sed suos plenarios effectus sortiri debere: ac Motum proprium, et litteras hujusmodi, et in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, Decretis, et Constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent vel moderarentur quæ a Nobis, et a dicta Sede pro tempore, et ex quibusvis Causis etiam urgentissimis, etiam in favorem Fidei, ac Divini Cultus augmentum etiam Consistorialiter, vel alia quavis auctoritate hactenus vel imposte- rum emanaverint, minime comprehensum, et compræhensas esse, sed quoties illæ emanabunt toties cum, et eas in pristinum statum restitutum, repositum, et plenarie reintegratum et restitutas, repositas ac plenariæ reintegratas seu restituendum, reponendum, et plenarie reintegrandum, restituendas, reponendas, et plenarie reintegrandas esse censi.

§. 14. Et insuper cum Dilectus Filius Hannibal Carconi Presbyter Romanus ac perpetuus Beneficiatus Innocentianus nuncupatus in Basilica Principis Apostolorum de Urbe tamquam dictorum Conclavistarum Procurator in præmissis Sedulam pro eis operam navaverit, propterea, et aliorum merituum suorum, et obsequiorum Nobis, et dictæ Sedi impensorum intuitu, Volentes ipsum specialibus favoribus, et gratiis prosequi eidem Hannibali, licet ipse in Conclavi prædicto non intervenierit, nihilominus omnibus et singulis supradictis gratiis, privilegiis, et facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præeminentiis, indultis, exemptionibus, cæterisque præ-

Exemptio ab insinuatione in Camera.

Compræhensio Procuratoris in privilegiis.

Expediitio Litterarum Apostolicarum gratis.

Confirmatio aliorum similium, vel dissimilium privilegiorum.

missis, non tamen quoad participationem decem millium scutorum aurei hujusmodi per Nos, ut supra, dictis Conclavistis donatorum, inter eos, ut præfertur distributorum, seu distribuendorum tamquam Conclavista frui, et gaudere libere, et licite possit, et valeat perinde, ac si Conclavi hujusmodi vere, et realiter interfuisset, Constitutionibus, et Ordinationibus, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, Motu, scientia, et auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 15. Sicque per quoscumque Judices, etiam Commissarios, quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet in quavis Instantia aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, et definiri debere, irritumque etc. attentari.

Expediitio gratiosa, et per viam secretam.

§. 16. Et insuper Venerabili Fratri Henrico Benedicto Mariæ Clementi Episcopo Tusculan. ac ejusdem S.R.E. Vice Cancellario, et Litterarum Apostolicarum Summatori, ac Dilectis Filiis Camere Apostolicæ Ministris loco Secretariorum Apostolicorum Suppressorum, Præsidenti Plumbi, aliisque Officialibus, ad quos litterarum præfatarum desuper faciendarum expediitio per viam secretam quomodolibet spectat et pertinet sub pœna indignationis Nostræ Motu simili, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine paribus etiam mandamus, ut præfatas litteras super prædictis omnibus, et singulis, tam conjunctim, quam separatim pro singulis, quibus concessa fuerunt, ac seorsim, et separatim cum omnibus, et quibuscumque derogationibus, decretis, et clausulis in eis concessis gratis etiam quoad compositionem in Dataria Nostra, et per eandem viam secretam absque alio mandato expediant, et expediiri faciant, insuper omnia, et singula privilegia, gratias, et Concessionones ejusdem, Conclavistis, et eorum cuilibet a diversis Summis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris huc usque concessa, Motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus confirmamus, et approbamus, ac de novo liberalissime concedimus.

Derogatio contrariorum.

§. 17. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorundem Notariorum numero, etiamsi ad illum non sit deventum, ac Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de præstando consensu in Pensionibus, et fel. rec. Pii PP. IV. de similibus, et dissimilibus gratis in dicta Camera infra tres menses præsentandis, et registrandis, ac

Pii V. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum contra Illegitimos, nec non Pictaven. Concilii, ac Nostris, et Cancellariæ præfatae regulis, etiam in crastinum dictæ Assumptionis Nostræ ad Summi Apostolatus apicem editis, et in prædicta Cancellaria publicatis, ac etiam in Universalibus, et Provincialibus Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, et Ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romæ, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, et Terrarum Cameræ prædictæ, et quarumvis Universitatum etiam Juramento etc. roboratis Statutis, Consuetudinibus, Stabilimentis, Usibus, naturis, decretis, et novis reformationibus etiam Legibus, tam Pontificiis quam Imperialibus, Regiis et Ducalibus, et Sacris Canonibus, Privilegiis quoque Indultis, et Litteris Apostolicis illis, eorumque Superioribus, et Personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, ac cum quibusvis derogationibus derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis Clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam vim Contractus, et Statuti perpetui continentibus, ac etiam Motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, et consistorialiter, ac alias in contrarium concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus etc.; etiamsi de illis etc., eorumque tenores etc. permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse Motu pari derogamus cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

*Fiat Motu-Proprio L.*

Et cum absolute a censuris ad effectum etc. Et quod obstantiæ etiam beneficiales Conclavistarum, et ab eis subrogatæ hujusmodi, et dispensationes, ac Indulta habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in litteris, et in casibus regulæ de insordescentibus cum opportuna illius, nec non alterius regulæ de non tollendo jure quæsito, derogatione, et quarumcumque aliarum Constitutionum Apostolicarum, et Conciliorum etiam Generalium, et Statutorum, et stabilimentorum, usuum naturarum Constitutionum Synodaliurum, Statutorum, et Privilegiorum Populi Romani, et Cluniacen., Cisterciën. Sancti Augustini, et aliorum Ordinum, et Militiarum etiam Sancti Joannis Hiero-

solymitani, et Ecclesiis, et Monasteriis Civitatibus, et locis, et Personis, et Dominiis temporalibus, sub quibuscumque verborum formis, et cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, et insolitis Clausulis, et Decretis etiam contra Alienigenas, et alias Personas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet concessis, quorum tenores etc. latissime ac de verbo ad verbum, prout ipsis Conclavistis magis placuerit, exprimi possit, etiam cum suspensione quarumcumque gratiarum, Indultorum quibusvis Ordinariis Collatoribus conferendi Beneficia ecclesiastica, etiam reservata ad eorum collationem etc. pertinentia, et in omnibus, aut certis expressis quomodolibet concessis latissime extendendis, ita ut omnia tollantur; Et quod sola presentis Motus proprii nostri Signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in Judicio et extra illud regula quacumque contraria non obstante; Et quod premissorum omnium et singulorum indultorum, concessionum, gratiarum, et derogationum major, et verior specificatio, et expressio fieri possit in litteris, si videbitur, in quibus singulorum Conclavistarum nomina, et cognomina, qualitates, Ordines, gradus, Diæcesis, Patria, et cætera requisita exprimi, et describi, seu pro expressis, et descriptis haberi possint, inter eos Sacrista, et Magistri Cæremoniarum Cappellæ nostræ, nec non Secretarius Collegii eorundem Cardinalium, et cæteri alii in Notula per ipsos Magistròs Cæremoniarum facta, et descripta, si alias ad Pensiones et Beneficia hujusmodi habiles, et capaces fuerint compræhendantur, et adnotentur simul, vel ad partem etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur, expediens.

Transumptorum fides.

§. 18. Volumus autem, quod litterarum super presentibus conficiendarum, seu presentis Motus proprii nostri Transumptis impressis, et sigillo, ac manu alicujus Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, et etiam descriptis eadem Fides tam in Judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ Originalibus litteris, seu presenti Motui proprio Nostro Originali adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, aut exhibitus, vel ostensus foret.

*Fiat. L.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Duodecimo Kalendas Julii Anno Primo.

## NOMINA

*Autem ipsorum Conclavistarum sunt hæc quæ sequuntur.*

- Reverendissimus D. Fr. Sylvester Merens Januen Episcopus Porphirien Sacrarum Apostolici Præfectus. Sacrista
- R. P. D. Ignatius Reali Romanus, utriusque Signaturæ Referendarius, Basilicæ Principis Apostolarum de Urbe Canonice Archidiaconus, et altaris, Apostolicis Cærimoniis Præfectus. Cæremoniarum Prælectus
- R. P. D. Leonardus Antonelli, Senogallicus, utriusque Signaturæ Referendarius, Sacri Collegii Secretarius. Secretarius S. Collegii
- Venantius Philippus Piersanti Camerinen Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe perpetuus Beneficiatus. Cæremoniarum Magistri
- Nuntius Sperandio Presbyter Aquilanus ejusdem Basilicæ perpetuus Beneficiatus.
- Franciscus Cajetanus Diversinus Presbyter Romanus præfatæ Basilicæ perpetuus Beneficiatus.
- Joannes Lucca Presbyter Romanus ejusdem Basilicæ Clericus Beneficiatus.
- Joannes Baptista Valeriani Presbyter Romanus memoratæ Basilicæ Beneficiatus. Magistri Cæremoniarum. Conclavistæ
- Franciscus Fantini Præbyter Patavinus J. U. D. Collegiatus. Paulus Pulierj Laicus Venetus Nostri dum Cardinalatus honore fugebamur.
- Abbas Dominicus Pales Clericus Cortonen. Carolus Dolci Presbyter Montis Franchi Spoletanæ Diæcesi. Laurentius Merigioli Laicus Romanus. Rainerii Episcopi Ostiensis de Ilcio.
- Abbas Vincentius Marchio Maculani Clericus Romanus. Ferdinandus Chiti Presbyter de Monte Spertulo Florentinæ Diæc. Franciscus Pistrucci Laicus Romanus. Fr. Joannis Antonii ex Ordine Carmelitarum Episcopi Portuensis Guadagni.
- Franciscus Alexandri Clericus Patritius Perusinus. Joannes Petrus Salvetti Laicus Comen. Francisci Episcopi Albanensis Burghesii.
- Joseph Semioli Presbyter Neapolitanus Michael Chaviaux Laicus Leodien. Josephi Episcopi Prænestin Spinelli.
- Joannes Felix Garatonus Clericus Ravennaten. in Romana Curia Advocatus. Thomas Buffoni Laicus Romanus. Caroli Mariæ Episcopi Tusculani Sacripantes Vittutj.
- Joannes Vincentius Particella Tridentinus Canonice Brixinen. Joannes Verdejo Romanus. Joseph Tizzoni Me-

- diolanensis. Fr. Joachim Ferdinandi Episcopi Sabinensis Portocarrero. Venerabilium Fratrum Nostrorum Episcoporum S. R. E. Cardinalium.
- Nicolaus Giunchi de Raspantinis Presbyter Romanus, et Civis Assisiensis Insignis Collegiatae S. Mariae in Via Lata de Urbe perpetuus Beneficiatus. Franciscus Xaverius Aci Laicus Viennensis in Austria Dominici Tituli S. Praxedis Passionei.
- Lactantius Fusoja Clericus, et Patritius Montachien. Petrus Osti Rhodigensis. Camilli Tit. S. Mariae Transtyberim Paulutii.
- Jacobus Chiappini Presbyter Maceratensis. Carolus Bonaglia Romanus. Caroli Alberti Guidoboni Tit. S. Mariae de Pace Cavalchini.
- Comes Stephanus Arigoni Nobilis Vicentinus. Joannes Baptista Dufour Amien in Gallia. Jacobi Tit. S. Anastasiae Oddi.
- Ludovicus Rivelli Praesbyter Fanensis. Nicolaus Mormorelli Laicus Romanus. Friderici Marcelli Tit. S. Sylvestri in Capite Lantes.
- Abbas Vincentius Acqua Praesbyter Auximatus. Felix Bisica Ravennaten. Marcelli Tit. S. Mariae in Traspontina Crescentii.
- Joannes Franciscus Benigni Presbyter ex Aesio. Fridericus Vansi Laicus Tridentinus. Georgii Tit. S. Ceciliae ab Auria.
- Abbas Joannes Prunetti J. U. D. et Sub-Promotor Fidei. Abbas Splendianus Rhod. Caesar Biumi. Josephi Tit. S. Mariae in Via Puteobonelli.
- Comes Cosmus Torretti Presbyter Lunen J. U. D. Jo: Paulus Brogi Senensis. D. Fortunati ex Ordine S. Benedicti Congregationis Cassinensis Tit. S. Callisti Tamburini.
- Carolus Delfini Presbyter Narniensis. Joannes Maria Campostrini Laicus Florentinus. Hieronymi Tit. S. Mariae Angelorum de Bardi.
- Comes Franciscus Rota Presbyter, et Canonicus Utinensis Joannes Baptista Coronella Presbyter Utinensis. Daniel Venier Laicus Utinensis. Danielis Tit. S. Mariae supra Minervam Delfini.
- Joannes Fabritius Reinerj Vicarius Generalis. Joannes Petrus de Bernardinis S. Georgi de Pedemonte. Caroli Victorii Amadei Tit. S. Sixti de Lanceis.
- Abbas Robertus ex Marchionibus Angeielli Presbyter Bononien. Paulus Ricci Presbyter Romanus Sac. Theologiae Doct. Joannes Pattumi Laicus Senen.
- Henrici Benedicti Mariae Clementis Tit. SS. XII. Apostolorum Ducis Eboracensis.
- Abbas Philippus Ugoccionius Brandaglia Clericus Patritius Aretinus. Philippus Scappinj Florentinus. Josephi Mariae Tit. S. Pancratii Feroni.
- Michael Daverius Presbyter Nobilis Mediolanensis. Georgius Baldassinus Laicus Florentinus. Fabritii Tit. S. Stephani in Monte Caelio Serbelloni.
- Abbas Carolus Ferri Clericus Patritius Fanensis et J. U. D. Sebastianus Gucci Laicus Pisauensis. Joannis Francisci Tit. S. Martini ad Montes. Stoppani.
- Joannes Baptista Barberi de Fondenovo Presbyter Lunen Sarzaen. Joseph Guillaum de Malmedi in Belgio Laicus. Lucae Tit. S. Crucis in Hyersalem Temp.
- Lucas Sartirana Patritius Papiensis Presbyter J. U. D. Collegiatus et Decanus Cathedralis. Petrus Vincentius de Angelis Romanus. Caroli Francisci Tit. SS. Quatuor Coronatorum Durini.
- Dominicus Malpici Presbyter Aesinus. Marcus Antonius Facenda Pisauen. Cosmae Tit. S. Clementis Imperiali.
- Lucius Natali Canonicus et J. U. D. Peregrinus Paoletti. Vincentii Tit. Sanctorum Marcellini et Petri Malvetii.
- Joannes Petrus Fei Liburnen. Clericus. Franciscus Vanni Laicus Romanus. Alexander Fattorosi Laicus Romanus. Clementis Tit. SSmae Trinitatis in Monte Pincio Argenvillieres.
- Ferdinandus Porta Clericus et Patritius Comen S. R. J. Comes. Alexander Paluzzi Presbyter Romanus. D. Antonii Andreae Congregationis S. Salvatoris Tit. S. Petri in Vinculis. Galli.
- Joseph Corbo Presbyter Surrentinus. Bartholomaeus Fancelli Laicus Florentinus. Antonini Tit. S. Pudencianae Sersale.
- Franciscus Tondi Canonicus Senensis. Marcus Biondi Presbyter Florentinus. Joseph Bergè Parisiensis. Alberici Tit. SS. Laurentii et Damasi Archinti.
- Joannes Georgeus Gervinus Presbyter Civis Aquensis. Petrus Brunero Loci Alè Taurinen. Dioc. Joannis Baptistae Cardinalis Roverj.
- Stephanus Carolus de Lorvenie de Brioune Presbyter Parisien. Abbas Commendatarius Vallis Lucentis. Paulus de Murato Presbyter Claramontanus Abbas, et Decanus S. Petri de Murriaco Serenissimae Delphinæ ab Eleemosynis. Franciscus Dñi Menil Straburgensis. Pauli Cardinalis de Albert de Luynes.

Carolus de Broglie Presbyter Lexioviensis Abbas Commendatarius De la Chalaide. Franciscus Paulus Leherat Presbyter Tullensis Sacrae Facultatis Parisensis Licentiatus Theologus, Ecclesiae Belluacensis Canonicus et Vicarius Generalis: Stephanus Franciscus Durocher Deffuogereis Parisien. Stephani Renati Cardinalis Potier de Gesures.

Baro Joseph de Teuring Canonicus Cathedralis Constantiensis Nobilis Augustanus. Philippus Sutterman Florentinus S. R. I., et Statuum Hæreditariorum Augustissimæ Domus Austriæ Nobilis. Joannes Boni Mediolanensis. Francisci Conradi Casimirj Cardinalis de Rodt Presbyterorum S. R. E. Cardinalium.

Antonius Baldanus Romanus Canonicus S. Mariæ ad Martyres a Cognitionibus. Carolus Lanzi Nursinus Laicus. Joseph Bissini Laicus Viterbiensis. Alexandri S. Mariæ in Via Lata Albani.

Joseph Bonfiliolus Presbyter Aretinus. Joseph Bossi Romanus. Nerej Mariæ S. Eustachii Corsini.

Joseph Alvianus Setin. Laurentius Casarj Romanus. Agapiti S. Agathæ in Suburra Mosca.

Petrus Paulus Nardini Presbyter Alatrin. Antonius Belandi Parmen. Hieronymi SS. Cosmæ et Damiani Columnæ.

Deusdedit Vivaldi Presbyter Hortanus Canonicus S. Georgii in Velabro nec non Beneficiatus Innocentianus SS. Basilicæ Vaticanæ. Joannes Baptista Fuscaglia Laicus Romanus. Prosperi S. Mariæ ad Martyres Columnæ de Sciarra.

Joannes Carolus Dionigi Romanus J. U. D. Angelus Mandorlini Presbyter Florentinus Insignis Collegiatae S. Nicolai in Carcere Tulliano Canonicus. Joseph Abugen. Laicus Neapolitanus. Dominici S. Nicolai in Carcere Tulliano Orsini.

Fortunatus Solmij Presbyter Mutinensis. Joannes Michael Wertez Laicus Tridentinus Joannis Francisci S. Cæsarei Albani.

Vincentius Puccius Nobilis Urbaniensis Clericus Conjugatus, et in Romana Curia Advocatus. Joannes Baptista Tomasini Romanus Laicus Physicæ, et Medicinæ Doctor. Thomas Galbani Laicus Tiburtinus. Flavii S. Angeli in Foro Piscium Chigi.

Petrus Torsani Romanus Clericus Conjugatus. Nicolaus Verdejo Romanus. Joannis Francisci S. Adriani Banchieri.

*Bull. Rom. Tom. I.*

Antonius del Frate Presbyter Florentinus. Gaspar Mori Laicus. Aloysi Mariæ SS. Viti, et Modesti Torregiani Diaconorum S. R. E. Cardinalium.

Adeodatus Bareali Presbyter Romanus. *Confessarius.*

*Confessarius.*

Petrus Bartoli Presbyter Rom. Coadjutor in officio Sacristiæ. *Sub-sacrista.*

Andreas Lunati Presbyter Firmanus. *Adjutores in Secretaria.*

Joseph Toesca Romanus Sacri Collegii Sollicitator. Adjutores in Secretaria Sacri Collegii.

Nicolaus Mariani Lucan. Apostolico Sacrario, et Missis celebrandis deserviens.

Joannes Laurentius Guarnieri Senensis.

Joseph Candidi Romanus. Medici Physici, et in Romano Archigymnasio Lectores. *Medici.*

Carolus Labusier Romanus Chirurgus. *Chirurgus*

Joannes De Michelis de Monte Leone Sabinen. Aromatarius. Dominicus Lapis Romanus. Cæsar Vesti Terræ Paleari ejus auxiliatores. *Aromatarii.*

Antonius Garavini. Valentini Bisaccini. *Barbitonsores.*

Jacobus Poletti. Franciscus Collalto eorum Auxiliatores.

Laurentius Ansani Romanus Faber Lignarius; Jacobus Tallei Florentin. Faber caementarius. *Fabri*

Franciscus Biagioni S. Miniati. Nicolaus Galli Romanus Cappellæ Xistinæ, et Magistris Cæremoniarum Famulatu addicti. Joseph Maestri Parmensis Famulus R. P. D. Secretarii Sacri Collegii.

Joachim Villani.

Carolus Consoli.

Franciscus Jacovelli.

Antonius Franceschini.

Joseph Pennesi.

Joannes Placidi.

Petrus Buffoni.

Silvester Giuliani.

Franciscus Gandini.

Antonius Baldi.

Thomas Fioroni.

Dominicus Bertolli.

Dominicus Serviti.

Antonius Ricciardoni.

Paulus Alegiani.

Franciscus Tey.

Thomas Ventura.

Dominicus Vesci.

Laurentius Gentili.

Venantius Spinelli.

Dominicus Baldi.

Jacobus Bruni.

Hieronymus Leonardi.

Philippus del Guasto.

Nicolaus Collarelli.

Joannes de Angelis.

Innocentius Ginestra.

C

Antonius Cipriani.  
Joseph Albani.  
Franciscus Onofri.  
Carolus Serandrei.  
Raphael Tofanari, Scopatores Con-  
clavis.

## IV.

Confirmatio Chirographi Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici diei 2. Octobris 1757. quo concessa fuit facultas ut Hospitium S. Rosæ de Ocopa nuncupatum fratrum Minorum de Observantia S. Francisci in Collegium, sive Seminarium Apostolicum Missionariorum ipsius Ordinis erigi possit.

*Alia Ministri Generalis Decreta pro Indiis Occidentalibus extant. Constit. Innocentii XI. Edit. 1683. Oct. 4. itemque alia Constit. Edit. 1786 Junii 2 de qua hic sermo est, tandem Constit. tertia edit. 1686 Oct. 16 vident. in Bullario Mainardi.*

Datum 18 Augusti 1758 Anno 1.

Clemens Papa XIII. Ad futuram rei memoriam

Exordium

§. 1. Militantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, præsidentes, Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum, uberesque in Ecclesia Dei fructus, adspirante superni favoris auxilio, proferre jugiter satagentium commodis, et felicitibus in via mandatorum Domini progressibus libenter consulimus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis incrementum, et animarum salutem in Domino expedire arbitramur.

Preces porrectæ, et causas hujus Brevis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Torrubia Frater expresse professus, ac in Romana Curia pro Ultramontana Familia Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Commissarius Generalis, quod cum carissimus in Christo Filius noster Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus sua prosequens fervida vota erga conversionem Gentium in immensis, ac dissitis Peruanis regionibus existentium, sui Regii ærarii expensis ad illas partes frequentes, copiosasque Missiones Professorum Hispanicorum dicti Ordinis mittere pergat; ad facilius vero assequendum tam pium finem, nuper per suum Chirographum concessit, per-

misitque; ut Hospitium Sanctæ Rosæ de Ocopa nuncupatum dicti Ordinis, situm in ipsis finibus terrarum, quas incolant Infideles illarum partium, erigeretur in Collegium, sive Seminarium Apostolicum, in quo Missionariorum ipsius Ordinis Communitas degat, qui ibidem Indorum idioma ediscere, ad eis evangelizandum præsto esse, et proximum habere possint locum aptum, commodumque, quo pro tempore cedant ad suas curandas ægritudines, et ab exantlatis laboribus sese recreandos, prout habentur in Regio Chirographo tenoris sequentis, videlicet = REX = Cum inter nonnullas variasque expositas prætensiones a Fratre Josepho de Sancto Antonio Ordinis Minorum S. Francisci, et Commissario Missionis Cerri de la Sel, Jauxa, Guanuco, et Caxamarquilla ejus Ordinis commendatæ, supplicasset quoque, ut in Collegium Missionariorum, Apostolicum de Propaganda Fide confirmaretur Hospitium Sanctæ Rosæ de Ocopa, ex eo quia dubitari non posset de illius necessitate, et utilitate, cum in eo stet potissimum illius finis assequutio, ad quem destinantur Missionarii, qui ex Europa mittuntur; hi namque statim ac in Collegio sint constituti, facile Indorum sermonem, aliaque scitu necessaria ad hujusmodi Ministerium exercendum ediscere possunt; et quia Collegium non longe distat a locis, in quibus Missiones peraguntur, ipsi Missionarii sibi invicem manus adiutrices præbere, ex Collegio necessarios assumere, ad illud impeditos, et infirmos remittere, ac sine mora alios subrogare ita valent, ut nunquam spirituale pabulum Indis sit defecturum, imo quod acquisitum est conservabitur, ac incessanter procedetur ad detegendos novos populos, eosque ad Christi fidem convertendos, neque etiam minor futura foret utilitas inde eruenda; tali namque pacto in Collegio collocatis Missionariis, occasio tollitur se ad alia divertendi, quæ si non opposita, saltem incompatibilia sunt cum eorum exercitio velut Ordinis officia, ad quæ contra dispositiones alias factas deputari solent. Hac igitur visa supplicatione congruum duxi ad consultationem mei Indiarum Consilii rem pro informatione, et voto deferre ad Commissarium Generalem Indiarum in dicto Ordine, qui exposuit, fundationem Collegii Missionariorum Apostolicorum in Regno Peruano jamdudum consideratam, ordinatamque fuisse, tanquam indispensabiliter ne-

Refertur Regium Chirographum Ferdinandi Regis Hispaniarum.

Stricta obser-  
vantia, et so-  
litude confe-  
runt ad indu-  
cendum spiri-  
tus fervorem in  
evangelizanti-  
bus.

cessariam ad Fidei propagationem, in Comitibus generalibus Ordinis, totiesque ordinationem istam confirmatam fuisse a Summo Pontifice Innocentio XI. In primis enim quia in hisce Collegiis in modum recollectionis vivitur, stricta observantia, ac fervens viget solitudo, quæ sane multum conferunt ad inducendum spiritus fervorem in illos, qui tantum Ministerium evangelizandi Gentibus suscipiunt. Hi enim parati esse debent, aut ad profundendum pro Christo sanguinem, quod frequenter accidit, aut civiliter eos mori necesse est, ingredienti, et procedentes per asperissima locorum, manducantes non raro cibos, quos, avia profert tellus, et recumbentes nox atra ubi eos occupat; quæ quidem onera sine magno spirituali fervore pro animarum salute perferri nequeunt. Rursus etiam quia si erigi contingat Collegium cum sui Guardiani, Discretorum, Officiarumque institutione, melius procurari valent victualia, cæteraque Neophytorum subsidia, populisque potior præstari adsistentia. Adde demum, quia existente prope Missionem Collegio cum suo valetudinario, aliisque commoditatibus, consolatione afficiuntur majori Conversores; sciunt quippe promptum sibi adesse receptaculum in suis ægrotudinibus, locumque quietis pro defatigatis in laboribus: at vero si eis desit refugii locus, et dispersi vagari debeant per loca, in eorum vocatione frigescunt, in proposito tepidi evadunt, tristesque vivunt. Quibus addebatur circumstantiis alia peculiaris pro confirmatione Collegii de Ocopa, quod nimirum ibi sepultus est Ven. ejusdem Fundator Frater Franciscus de Sancto Josepho, a quo etiam originem acceperunt omnes Peruanæ Missiones; illiusque situatio in loco, ex quo dividuntur viæ, tendentes ad Missiones ab ipso Collegio administratas, et ad alias, quarum curam gerit Limana Provincia ex Conventu Huarrensi. Itaque concludebatur, valde opportunum fore ad tam pium finem assequendum, si ego dignarer Regium concedere Beneplacitum pro dicti Collegii erectione. Quibus omnibus visis in meo Indiarum Consilio, juncta etiam allegatione fiscali, desuperque consultus pro approbatione hujusmodi instantiæ die xvii Martii Anni MDCCLI, placuit mihi eidem annuere, concedendo meam Regiam licentiam, ad hoc, ut ex tunc in Apostolicum Missionariorum Collegium erigeretur præfatum Hospitium Sanctæ Rosæ de Ocopa. Quamquam vero istiusmodi mea

Regia resolutione promulgata, et de ea certior factus fuerit Commissarius Generalis Indiarum, qui suas patentales literas die xxxi Maii ejusdem anni MDCCLI, pro eo, quod ad ipsum spectabat, expedivit, ut apparet ex eisdem patentibus literis nuper a memorato Fratre Josepho de Sancto Antonio præsentatis; Regium tamen Chirographum desuper tunc expeditum non fuit, quemadmodum pro captæ resolutionis executione necesse erat. Regitur modo, instante dicto Fratre Josepho de Sancto Antonio, iterum in præfato meo Consilio proposita cum nova allegatione fiscali, placet mihi, ut super illa Regium expediatur Chirographum. Propterea jubeo meo Pro Regi in Peruanis Regionibus, meæ Regiæ Audientiæ in Civitate Limana constitutis, et omnibus Tribunalibus, singulisque ejusdem Regni Ministris, et injungo admodum Reverendo Archiepiscopo Limano, cæterisque Prælati, Judicibusque Ecclesiasticis illarum partium, ad quos quomodolibet spectabit, quod unusquisque eorum pro sua faciat virili, ut hæc mea Regia voluntas debitum consequatur effectum. Datum apud Bonum secessum die secunda Octobris MDCCLVII = EGO REX = Jussu D. Nostri Regis = Joseph Ignatius de Goyoneche = Tribus rubricis erat rubricatum = Vestra Majestas suum concedit Regium permissum, ut in Collegium Apostolicum Missionariorum erigatur Hospitium Sanctæ Rosæ de Ocopa, quod est Ordinis Minorum Sancti Francisci in Regionibus Peruanis = Concordat cum Regio Chirographo ad hunc effectum mihi exhibito a Rev. Patre Fratre Josepho de Sancto Antonio Commissario Missionum in Regno Peruano Ordinis Sancti Francisci, cui, facta hac copia, illud restitui, de quo fidem facio, originali me referens. Utque de eo constet ad ejusdem requisitionem, Ego Alphonsus Carralon Domini nostri Regis Scriba, et in ejus Curia, et Provincia residens præsentem facio, signo, ac subscribo. Matrili die xv Julii MDCCLVIII = In testimonium veritatis Alphonsus Carralon - Nos infrascripti, et subscripti Scribæ Domini nostri Regis in ejus Curia, et Provincia residentes fidem facimus, Alphonsum Carralon, a quo reperitur signata copia præcedens, talem esse Scribam Regium, qualem se facit, atque denominat, fidelem, legalem, totiusque fiduciæ, omnibusque ejus scripturis, et documentis per ipsum publicatis, et quæ publicantur, semper



adhiberi fidem, tam in Judicio, quam extra: Utque de eo constet, ad eas requisitionem præsentem facimus, Martiri die xv Julii MDCCLVIII = In testimonium veritatis Emmanuel de Obregon, et Orugua - In testimonium veritatis Petrus Garcia de Ovalle = In testimonium veritatis Franciscus Fernandez Rosa =.

Preces ad  
SSmum porre-  
ctae.

§. 3. Cum autem, sicut dictus Josephus Commissarius Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse præinsertum Chirographum, quo firmiter subsistant, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocínio communiri summopere desideret; Nos ipsum Josephum Commissarium Generalem specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore consentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum Chirographum ab ipso Ferdinando Rege super facultate erigendi dictum Hospitium Sanctæ Rosæ in Collegium, sive Seminarium Apostolicum Missionariorum dicti Ordinis, ut præfertur, concessum cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervererint, supplemus.

Absolutio a  
censuris.

Decretum ir-  
ritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quocumque spectabit, plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis de-  
rogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus,

privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xviii Augusti MDCCLVIII Pontificatus Nostri Anno Primo.

## V.

Concedit Imperatrici Mariæ Theresiæ Titulum Reginæ Apostolicæ tamquam Hungariæ Reginæ, et ejus Successores in illo Regno Apostolicos nominari jubet.

Clemens PP. XIII.

Datum 19 Au-  
gusti 1758 An-  
no 1.

§. 1. **C**arissima in Christo Filia Nostra salutem etc. Cum multa alia Romani Pontifices quibus nos plane quidem immerentes successimus, tum hoc præclare sapienterque fecerunt, ut quæ Provinciæ, ac Nationes in finibus perpetuorum Christiani nominis hostium positæ, tamquam valli quidam, atque aggeres munitissimi contra ipsorum impetum existimantur, eas illi quam diligentissime observarent, præcipua benevolentia complecterentur, et singularibus etiam, ut res ferret, beneficiis exornarent. Ejusmodi est florentissimum Hungariæ Regnum, quod Tu Carissima in Christo Filia Nostra Hæreditarium accepisti, quodque ad Christianæ Ditionis, et gloriæ terminos proferendos, vel propter bellicosissimæ gentis fortitudinem omnium aptissimum, vel propter locorum naturam oppertunissimum adhuc quidem semper habitum est, et fuit. Neque vero quisquam ignorat quam multa, et quam egregia facinora pro tuenda propagandaque Jesu Christi Religione gessit nobilissima Hungarorum natio; Quam sæpe manus conseruit cum teterrimis hostibus, iisdemque ad communem Christianæ Republicæ perniciem erumpentibus suo veluti corpore aditum interclusit, maximasque de illis, atque incredibiles victorias reportavit. Celebrantur ea quidem fama, scientiaque om-

Provinciæ ac  
Nationes posi-  
tæ in finibus  
hostium Chri-  
stiani nominis  
tamquam val-  
li et aggeres  
contra eos ha-  
bendæ, et co-  
lendæ sunt.

nium, clarissimisque prodita sunt monumentis literarum.

S. Stephani  
Hungar. Principis commemorationis, et  
laus.

§. 2. Hic autem silentio nullo modo præterire possumus Stephanum illum Sanctissimum, fortissimumque Hungariæ Principem, cujus memoriam cælestibus honoribus consecratam atque in Sanctorum numero collocatam rite veneramur. Ejus autem virtutis, sanctitatis, fortitudinis vestigia extant istis in locis ad laudem Hungarici Nominis sempiternam. Neque illius pulcherrima exempla virtutum reliqui in Regno Successores non sunt perpetuis temporibus imitati. Quamobrem nemini mirum videri debet, si Romani Pontifices Hungaricam Nationem, ejusdemque Principes, et Reges ob maximam, et egregiam illorum erga Catholicam fidem, et Romanam Sedem merita amplissimis semper laudibus, ac privilegiis condecoraverint. Quale est illud in primis sane honorificum, quod ante Reges, quando prodeunt in publicum, tamquam splendidissimum Apostolatus Insigne, Crucem gestat Episcopus, idque ex hujus S. Sedis concessione, quo ostendatur Hungaricam Nationem atque ejus Reges gloriarum unice in Cruce D. N. Jesu Christi; atque in eo signo pro Catholica Fide et dimicare semper, et vincere consuevisse.

Ante Reges Hungaricos prodeunt in publicum, Crucem gestat Episcopus ad ostendendum Hungaricam nationem, ejusque Reges nunc gloriarum in Cruce D.N. Christi

Ignoratur qualis sit fons consuetudinis, seu privilegii vocandi Apostolicos Reges Hungaricos.

§. 3. Habent hoc etiam Hungariæ Reges ut a plerisque omnibus isthæ appellatione certe magnifica, et gloriosa Reges Apostolici salutari, et nominari soleant. Cujus quidem sive consuetudinis sive privilegii fons, et caput ignoratur. Nos autem qui Prædecessorum nostrorum quando sapientiam assequi non possumus, certe in exornandis honestandisque iis Principibus, et Regibus, quos S. Sedi devinctos maxime, atque addictos novimus, instituta imitari studemus; nunquam melius hæc Pontificatus Nostri initia auspiciari posse existimamus quam si animum ad dignitatem Majestatis Tuæ Apostolicæ, atque istius Hungarici Regni amplificandam statim convertamus. Id autem recte, atque ordine præstabimus, si perhonorificæ illi Apostolatus appellationi modo quo diximus, Pontificiam auctoritatem, vim ac robur (quatenus opus sit) adjungamus.

Idcirco auctoritate Pontificia omnes Hungariæ Reges Apostolicos appellari consuevit, et jubet

§. 4. Ea propter motu proprio, et certa scientia, ac matura deliberatione Nostra, deque Pontificæ auctoritatis plenitudine Majestatem Tuam Apostolicam tamquam Hungariæ Reginam, tuosque in illo Regno Successores titulo, appellatione, nomine Apostolici Regis harum

vi literarum in forma brevis ordinamus, honestamus, condecoramus, insignimus, atque etiam ab omnibus Te quidem Reginam Apostolicam, Tuos vero in Hungarico Regno Successores Reges Apostolicos nominari, appellari, inscribi, salutari, ac tractari mandamus.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus quibuscumque, quæ huic voluntati Nostræ adversari posse videatur. Gratum igitur, acceptumque habeas, Carissima in Christo Filia Nostra, hunc Titulum, non eum quidem indicem Potentiæ ac Dominatus (quales ad inanem ostentationem ambitio sæculi excogitavit) sed propriam Christianæ modestiæ notam, et Ministerii Jesu Christi, quo tamen Jesu Christi famulatu verissima, ac numquam interitura Regni gloria continetur. Habeas hoc sive testimonium, sive præmium ardentissimi illius propagandæ Catholicæ Religionis studii, quod a majoribus Tuis antiquissima laudatissimaque serie deductum servare semper, majoremque in modum augere studuisti: Quod quidem honoris ornamentum trades optimo, suavissimoque Filio ad quem maternæ Hæreditas gloriæ, et factorum imitatio pertinet. Habeas denique has quasi primitias Pontificiæ charitatis, et benevolentiæ, qua Majestatem Tuam Apostolicam prosequimur, et cui pignus alterum addimus in Apostolica Benedictione, quam Tibi, Carissima in Christo Filia Nostra, amantissime imperitumur. Datum Romæ apud S.M. Majorem sub annulo Piscatoris die 19 Augusti 1758 Pontificatus Nostri Anno Primo.

## VI.

Moderatur literas Apostolicas fel. record. Benedicti PP. XIV. super Abbacia de Rosarno ad Abbatem Generalem Ordinis Monachorum S. Basilii Magni pertinente.

Datum die 28 Augusti 1758 Anno 1.

In hac eadem re adest Const. Urbani VIII. V. Idus Maii 1624 ut videre est in Bullario Mainardi, item Breve Benedicti XIV diei 7 Febr. 1744 viden. in Bullario hujus Pontificis.

Clemens Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Alexander Aguado Abbas Generalis Ordinis Monachorum Sancti Basilii Magni, quod dudum rec. mem. Urbanus PP. VIII. Prædecessor noster

Preces ad SSimum pertractæ.

per quasdam suas sub plumbo, quinto Idus Maii anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo quarto expeditas literas, ad supplicationem tunc existentium Abbatis, et Procuratoris Generalium Ordinis prædicti, Monasterium, sive Abbatiam Beatæ Mariæ de Rovito nuncupatam loci de Rosarno dicti Ordinis Miletan. Diocesis, illiusque Mensam Abbatialem cum omnibus, et singulis illius privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, ac bonis, juribus, membris, et pertinentiis suis, eidem Ordini pro illius, et Ordinis prædicti Abbatis Generalis tunc, et pro tempore existentis sustentatione, et manutentione, ita quod liceret tunc existenti Abbati Generali per se, vel alium, seu alios, ejus, ac dicti Ordinis nomine, seu nominibus, propria auctoritate corporalem, et actualem possessionem Monasterii Sanctæ Mariæ, et illius Mensæ Abbatialis, illorumque proprietatum, bonorum, jurium, membrorum, et pertinentiarum præfatarum libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, et proventus, ac jura, obventiones, et emolumenta quæcumque in quibusvis rebus consistentia, et undecumque provenientia, exigere, levare, arrendare, locare, dislocare, ac in suos usus, et sustentationem, ac manutentionem convertere, sub certis modo, et forma tunc expressis concessit, et alias prout in dictis literis plenius continetur.

Refertur quod disposuit Benedictus XIV. sub die 7 Februarii 1744.

§. 2. Postmodum vero fel. rec. Benedictus PP. XIV. itidem Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis d' e vii Februarii MDCCXLIV super alternativa electionum Superiorum Generalium in Provinciis Italicis, et Hispanicis dicti Ordinis servanda expeditas literas, inter cætera præscripsit, quod si Provinciæ Hispanicæ sua Generalia Officia haberent, taxas pro sustentatione Abbatis Generalis, prout Provinciæ Italicæ semper, et tunc eorum Abbati Generali præstare, et subministrare pergebant, præstare, et subministrare tenerentur: Taxæ demum a Provinciis Italiæ præscriptæ, nec non fructus, redditus, et proventus Mensæ Abbatialis dicti Monasterii de Rosarno sustentationi illarum Abbati Generali assignati, eo casu, quo Abbas Generalis fuisset ex Provinciis Hispanicis pro sustentatione Assistentis, et Consultoris Generalium a Capitulo Generali eligendorum, qui in Alma Urbe remanere debent, assignarentur, et quidquid superesset, vel pro sustentatione

Studentium in Collegio Sancti Basilii de eadem Urbe juxta præscriptum per alias ejusdem Urbani Prædecessoris literas, vel pro fabrica Ecclesiæ dicti Collegii, vel pro sublevamine Monasteriorum dictarum respective Provinciarum Italicarum a Capitulo Generali præscriben. erogaretur, et applicaretur, relicta, et attributa facultate Capitulo Generali ejusdem Ordinis tam circa taxas prædictas aliaque dubia, quæ super dictarum literarum dispositione oriri possent, discernendi, et declarandi, et alias prout in dictis Benedicti Prædecessoris literis, quarum tenorem præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, in dictis Benedicti Prædecessoris super alternativa hujusmodi expeditis literis nulla facta fuerit mentio memoratarum literarum Urbani Prædecessoris, qui concesserat fructus, redditus, et proventus Mensæ Abbatialis Monasterii, seu Abbatia de Rosarno Abbati Generali pro tempore existenti dicti Ordinis indiscriminatim pro sua sustentatione, et manutentione, non autem pro Abbate Generali Provinciarum Italicarum, prout ex supradictis verbis in memoratis Benedicti Prædecessoris prædicti literis expressum videtur: Taxæ demum a Provinciis Italiæ præscriptæ, nec non fructus, redditus, et proventus Mensæ Abbatialis Monasterii de Rosarno sustentationi illarum Abbati Generali assignati; ex quibus nonnullæ contentiones, et lites exortæ sint, et vigeant, ac propterea dictus Alexander Abbas Generalis ad illas omnino dirimendas, ac penitus evellendas, a Nobis in præmissis opportune provideri plurimum desideret.

§. 4. Nos piis ejusdem Alexandri Abbatis Generalis votis hac in re, quantum in Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, auditis dilecto Filio nostro Prospero Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diacono Cardinali Columna de Sciarra nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, et Apostolicam Sedem Protectore, nec non dilecto itidem Fi-

Causa hujus Brevis.

Absolutio a censuris.

lio moderno ipsius Ordinis Procuratore Generali, licet in dictis Benedicti Prædecessoris prædicti literis præscriptum sit inter cætera, ut taxæ a Provinciis Italiæ præscriptæ, nec non fructus, redditus, et proventus Mensæ Abbatialis Monasterii de Rosarno hujusmodi mantentioni illarum Abbati Generali assignati, eo casu quo Abbas Generalis fuerit ex Provinciis Hispanicis pro mantentione Assistentis, et Consultoris Generalium a Capitulo Generali eligendorum, qui in eadem Urbe remanere debent, assignarentur, nihilominus attentata concessione dictæ Abbatiae, seu illius Mensæ Abbatialis fructuum, reddituum, et proventuum tunc, et pro tempore existenti Abbati Generali memorati Ordinis Sancti Basilii Magni a dicto Urbano Prædecessore indiscriminatim, non autem Abbati Generali Provinciarum Italicarum facta, ut præfertur, memoratas Benedicti Prædecessoris literas hac in parte auctoritate Apostolica tenore præsentium moderamus, cassamus, et irritamus, ac irritas, et cassas esse decernimus.

§. 5 Et ad auferendas ambiguitates ortas, et quæ in posterum oriri possunt in præmissis, auctoritate, et tenore præsentis perpetuo decernimus, statuimus, declaramus, volumus, præcipimus, et mandamus, ut tam dictus Alexander modernus, quam alii pro tempore existentes, sive ex Provinciis Italicis, sive ex Provinciis Hispanicis ejusdem Ordinis Sancti Basilii Magni canonicè electi Abbates Generales, a die eorum electionis in Abbates Generales computandum, omnes, et singulos fructus, redditus, et proventus ejusmodi Monasterii, seu Abbatiae de Rosarno, seu illius Mensæ Abbatialis juxta dispositionem, formam, et tenorem earundem Literarum ejusdem Urbani Prædecessoris libere, et licite percipere, exigere, et levare possint, eisdem modo, et forma, quibus Abbates Generales memorati Ordinis, antequam memorata ipsius Benedicti Prædecessoris Literæ super dicta alternativa emanassent, percipere, exigere, et levare consueverunt, illosque tam ad dictum Alexandrum modernum, quam pro tempore existentes Abbates Generales a die eorum electionis spectasse, et pertinuisse, ac spectare, et pertinere deberent, et debeant, dictusque Alexander modernus, cæterique Abbates Generales pro tempore existentes fructus, redditus, et proventus prædictos a die eorum electionis petere, consequi, et obtinere, semperque in eorum usus, et manu-

tionem convertere libere, et licite itidem valeant.

§. 6 Firmis in reliquis remanentibus omnibus aliis dispositionibus in sæpeditis ipsius Benedicti Prædecessoris Literis super eadem alternativa præscriptis, ac quibusvis decretis, ac provisionibus a Capitulis Generalibus ipsius Ordinis in præmissis jam editis.

§. 7 Mandantes propterea in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, et singulis Ordinis, et Provinciarum hujusmodi Superioribus quocumque nomine nuncupatis, Abbatibus, et Monachis, et personis, cæterisque ad quos spectat, et spectabit in futurum, ut dictum Alexandrum modernum, et pro tempore existentem Abbatem Generalem dicti Ordinis præsentis gratiæ commodo, et effectu, præsertim fructibus, redditibus, et proventibus Abbatiae, seu Mensæ Abbatialis hujusmodi a die suæ electionis juxta tenorem præsentium pacifice frui, et gaudere sinant, et faciant, nec illum, et illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari permittant.

§. 8 Ac decernentes easdem præsentis Literas, et in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ipsi Alexandro moderno, nec non pro tempore existentibus Abbatibus Generalibus hujusmodi, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, ipsius Benedicti Prædecessoris Literis prædictis, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, et Provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene,

In reliquis vero manere debent firmæ literæ Benedicti XIV.

Pœnas irrogat.

Decretum irritans.

Constitutiis derogat.

Moderantur literæ Apostolicæ Benedicti XIV. quoad taxas, fructus redditus, et proventus Mensæ Abbatialis Monasterii de Rosarno.

Abbates Generales Ordinis S. Basilii Magni sive ex provinciis Hispanicis, sive ex provinciis Italicis percipere possunt redditus omnes Monasterii, seu Abbatiae de Rosarno juxta Literas Urbani VIII.

et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xxviii. Augusti MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

## VII.

Datum die 11  
Septemb. 1758  
Ann. I.

Oratio habita in Consistorio Secreto die 11 Mensis Septembris Anni 1758 pro Indictione Jubilæi Universis ad implorandum divinum auxilium initio Pontificatus pro Ecclesiæ Catholicæ felicitate.

*Circa indictionem Jubilæi Universalis vide Const. sequentem.*

Venerabiles Fratres

Causa indictionis  
Jubilæi.

§. 1 Quod enixis precibus in humilitate cordis Nostri a suscepto Supremo Apostolici Ministerii regimine ante conspectum Dei Nostri porrectis precati sumus, ut nimirum accedentibus quoque Vestris, Ven. Fratres, obsecrationum suffragiis, quemadmodum ex hoc loco a Vobis requisivimus, tam gravissimum tenuitati nostræ impositum onus paribus viribus sustinere, et ad optatum sempiternæ tranquillitatis portum feliciter perducere valeremus: id ipsum ut a bonorum omnium largitore Deo facilius, et uberius pro votis consequamur, in animum induximus nostrum celerius quam existimabamus Jubilæum universale indicere, et promulgare.

In aspera rerum, mortaliū conditione, et terrarum Orbis calamitatibus, Christianæ Pietatis opera ad Deum porrigenda, ut iram suæ indignationis avertat.

§. 2 Sane inter tam ingentia ubique terrarum sese in dies in hac aspera rerum conditione Nobis oggerentia discrimina, detrimenta, et calamitates, nihil magis salutare, nihil magis consentaneum esse videtur, quam ut deprecationibus, jejuniis, peccatorum expiationibus, elemosynis, aliisque externæ pietatis operibus placemus Deum Nostrum, qui pronus ad ignoscendum, et multum misericors est; quique cum comunem a tota Catholica Ecclesia, idest ab omnibus Christifidelibus orationem fieri, et Sacerdotium, et Regnum videt lacrymari, statim quasi compatiens ad commiserationem flectitur, et iram indignationis suæ avertit, et exoptatam cælestis præsidii opem tribuit, et uberrimam divi-

norum munerum copiam invocantibus se largitur. Ita enim futurum in Domino confidimus, ut primordia Sacrosancti Apostolatus Nostri faustis, ac prosperis successibus amplius ad majorem Divini Nominis cultum, et Catholicæ Religionis decus, atque incrementum procedant, et in diebus Nostris fiat pax, et abundantia pacis.

§. 3 Itaque laudatissima Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum vestigia sectantes, secundum eorundem morem sancte riteque servatum inexhaustos cælestium munerum, quorum dispensationem tenuitati Nostræ credit Altissimus, Thesaurus erogamus, et elargimur; atque plenariam omnium peccatorum indulgentiam in forma Jubilæi concedimus omnibus, et singulis Christifidelibus Catholicæ Fidei cultoribus in hac alma Urbe Nostra degentibus, qui intra spatium duarum sequentium Hebdomadarum jejunaverint quarta, et sexta feriis, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujusmodi, et Basilicæ Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum in Vaticano, et S. Mariæ Majoris, vel earum aliquam visitaverint, ibique oraverint, et peccata sua confessi Sacram Comunionem sumserint, nec non pauperibus elemosynam, prout sua cuilibet pietas suaserit, erogaverint.

Ut Prædecessorum vestigia sectetur, Indulgentiam in forma Jubilæi concedit.

Opera injuncta ad assequendam peccatorum Indulgentiam.

§. 4 Cæteris vero extra Urbem commorantibus, qui Ecclesiam seu Ecclesias ab Ordinario designandam, seu designandas visitaverint, et alia omnia præfata adimpleverint. Quo salubrius vero Christifideles hic commorantes omnia perficiant; nonnullas Ecclesias deputavimus, in quibus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ eorundem Christifidelium venerationi exponatur, atque insimul Catechismi Romani traditio, seu explicatio fiat, et prædicatio Verbi Dei a piis, doctisque Ecclesiasticis Viris more, modoque sacrarum Missionum habeatur.

Pro extra Urbem commorantibus.

§. 5 Porro ut universi a Nobis Inculenta sumant exempla adimplendi injuncta pro lucrandis Indulgentiis opera, Dominica Decima octava post Pentecosten, et tertia currentis mensis Septembris, die videlicet decima septima ejusdem Mensis Septembris, Nos una cum Fraternitatibus Vestris, et Antistitibus, atque hujus Romanæ Curiæ Prælati aliisque quos interesse in more positum institutoque firmatum est, ab Ecclesia S. Mariæ Angelorum in Thermis instructa supplicatione ad Basilicam Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe supplices

Processio indicata a Pontifice ab eo facienda una cum Eminentissimis Patribus, Antistitibus, et Romanæ Curie Prælati ab Ecclesia S. Mariæ Angelorum in Thermis.

procedemus, ibique præscriptas preces absolvemus, ut potenti quoque ipsius Beatissimæ semper Virginis Mariæ Immaculatæ patrocínio, ac meritis suffulti, votorum Nostrorum compotes benignissime reddamur, et cælestem gratiam in tempore opportuno consequamur a misericordiarum Patre, et totius consolationis Deo, cui est honor, et gloria in sæculum. Dat. Pont. Anno I. die II Septembris.

## VIII.

Jubilæum universale ad implorandum divinum auxilium pro salutari regimine, et felici statu Sanctæ Romanæ et Universalis Ecclesiæ indictum.

*Huic simile Jubilæum indictum fuit ab Innocentio XIII. Const. Edit. 1721 Maii 27, a Benedicto XIII. Const. Edit. 1724 Junii 10, et a Clemente XII Const. Edit. 1730 Sept. 9 ut videre est in Bullario Mainardi.*

Clemens Papa XIII universis Christifidelibus præsentis Literas inspecturis salutem, et Apostolicam benedictionem.

Dat. die 11. Septemb. 1758 Ann. I.

Causa hujus Jubilæi, et hortatio ad illud assequendum.

§. 1. Venimus in altitudinem maris, et ne, adversis luctantibus ventis, tempestas aquarum Nos demergat, gemitibus inenarrabilibus ad Deum clamavimus, ut in suscepto a Nobis Apostolatus officio, et in gerendo hoc gravissimo munere, viribus nostris longe impari, efficacissimæ gratiæ suæ opem, et præsidium copiose largiatur, et preces nostras, quas in hac die tribulationis prolixè effundimus, benignissime suscipiat. Quis enim tota mente, atque totis artibus non contremisceret? Quis maximo timoris cruciatu non angeretur? Quis præ tristitia penitus non conficeretur, statuens ante oculos, et diligentissime pendens Catholicæ Religionis, et hujus Apostolicæ Sedis mæstissimam faciem? Quis denique acerbissime non defleret tot horrida vulnera et fidei, et disciplinæ, et juribus nostris inflicta? Sed non opus est tot mala commemorare et referre; et silentio præterire remedia, quibus tot jacturis possumus subvenire. Nullus est morbus tam magnus, tam diuturnus, tam desperatus, qui sanari non possit, vel cui certe opitulari non valeat pro ineffabili

*Bull. Rom. Tom. I.*

sua clementia omnipotens Deus, cujus misericordia superexaltat iudicium. Addeamus ergo cum fiducia ad Thronum ejus in tempore opportuno, arma enim nostra, quibus tot malis fortiter constanterque obsistere possumus, sunt preces, et lacrymæ, jejunia, et elemosynæ; Scimus, quod si manserimus in eo, et verba ejus in Nobis manserint, quodcumque voluerimus, petemus, et fiet Nobis. Convertamur igitur ad Deum in toto corde nostro, in jejunio, in fletu, in planctu, nec avertamus faciem ab ullo paupere, ita enim fiet, ut nec a Nobis avertatur facies Domini. Hæc autem, ut ferventiori spiritus ardore, majorique fructu peragantur, priscum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum morem sequuti, cælestium munerum thesauros, quorum dispensatio fidei nostræ commissa est, proximis diebus, quibus Catholica Ecclesia sacras Quatuor Temporum observationes annua recolit devotione, pro felici nostri Pontificatus initio erogare decrevimus.

§. 2. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis et singulis utriusque sexus Christifidelibus in Alma Urbe nostra degentibus, qui solemnî Processioni, quam Dominica decima octava post Pentecosten, die videlicet decima septima currentis mensis Septembris ab Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis ad Basilicam Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatam de eadem Urbe una cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, et Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælatibus quoque, et Officialibus ejusdem Curie, universoque Clero, et Populo, benediciente Domino, agemus, devote interfuerint, vel S. Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, et S. Mariæ Majoris præfatæ Ecclesias, seu Basilicas, vel earum aliquam intra spatium ejusdem, vel proxime subsequentis hebdomadæ saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint; ac quarta, et sexta feria, ac Sabbato alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverit, et peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter sum-

Ad orandum pro necessitatibus præsentibus hortatur.

Concessio Jubilæi pro existentibus Romæ.

Preces et opera injungit.

serint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint.

Nec non pro  
existentibus  
extra Urbem.

§. 3. Cæteris vero extra Urbem prædictam ubicumque degentibus qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, et ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam, spatio duarum similiter hebdomadarum a publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurrendarum, saltem semel visitaverint, ibique ut supra oraverint, ac quarta, et sexta feria ac Sabato, alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam sanctissima Comunione refecti fuerint, et pauperibus aliquam eleemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, sicut in Anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesias intra, et extra Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, et elargimur.

Ac pro itin-  
erantibus.

§. 4. Navigantes vero, et iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, supra scriptis peractis, et visitata Ecclesia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci eorum domicilii eandem indulgentiam consequi possint et valeant.

Regularibus et  
impeditis Con-  
fessarius hæc  
injuncta com-  
mutat.

§. 5. Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque tam laicis, quam Ecclesiasticis sæcularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis a locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, et indulgemus.

Concessio ei-  
gendi Con-  
fessarium cum fa-  
cultatibus ut  
hic.

§. 6. Insuper omnibus, et singulis Christifidelibus utriusque sexus tam laicis, quam Ecclesiasticis sæcularibus, et regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, et Instituti tam in Urbe præfata,

quam extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam sæcularem, quam cujusvis Ordinis, et Instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, a locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, et aliis ecclesiasticis sententiis, et censuris a jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflictis, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, et delictis quantumvis gravibus et enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, et Sedi Apostolicæ, etiam in Literis die Cænæ Domini legi solitis contentis, et alias per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientie, et hac vice tantum absolvere, et liberare valeant; et insuper vota quæcumque (religionis, et castitatis exceptis) in alia pia et salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, et eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus pœnitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Ubique pu-  
blicari præci-  
pit.

§. 7. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientie districte præcipimus, atque mandamus omnibus, et quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis, et aliis Ecclesiarum Prælati, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, et Officialibus, vel, iis deficientibus, illis, qui curam Animarum exercent, ut, cum præsentium Literarum transumpta, aut exempla etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, et Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, et Loca publicent, et publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

Restrictio cir-  
ca facultatem  
dispensandi.

§. 8. Non intendimus autem per præsentibus super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quocummodo contracta dispensare; vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientie, neque etiam easdem præsentibus iis, qui a Nobis, et Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælate, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, et censuras incidisse declarati

vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum, et facultatum hujusmodi concessionem, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant; nec non Regula nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, et Congregationum, sive Institutorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, et Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes hac vice specialiter, nominatim, et expresse ad effectum præmissorum derogamus. cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 10. Ut autem præsentibus nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem præsentium transumptis, vel exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ubique locorum, et gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11 Septembris MDCCLVIII., Pontificatus Nostri Anno Primo.

## IX.

Episcopus monet per Epistolam Encyclicam de unitate inter fratres servanda, de morum sanctitate, de perniciose in eis libidine dominandi, de invidentia, de inanis gloriæ cupiditate, et de adulatione ab iis præcavenda, de misericordia in pauperes, de fide, animi demissione, perseverantia in precibus fundendis, de efficacia Sacrosancti Missæ Sacrificii, de doctrinis, quibus maxime fideles imbuendi sunt, de prudenti sacrorum ministrorum electione, de opera sacris studiis navanda, de concionandi munere, de ratione qua sese gerere debent si forte desit facultas dicendi, de continua præsentia in Diœcesi, de verbo et exemplo ad gregis utilitatem, de meritis ad Episcopatum requisitis.

Clemens Papa XIII. Venerabiles Fratres salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Dat. Nostr. Idus Septemb. 1758 Ann. I.

§. 1. **A** quo die Nobis præter opinionem nostram incredibile illud accidit, ut ad Sacram B. Petri Sedem, omnium Ecclesiarum verticem, nostra divinitus tolleretur humilitas, in acerrima illa cogitatione, perpetuaque cura versati, nimio plus oneris quam quantum ferre possimus, esse nobis impositum; tristitiæ, et lacrymis nos plane tradidissemus, nisi quiddam simile, quod Sanctissimo Prophetæ, Israelisque impigro Duci contigit, a nimio nos mœrore deterruisset. Inclamans enim Moyses Dominum: (1) Cur, inquit, affixisti servum tuum? Et cur imposuisti pondus universi populi hujus super me? Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi: Quem, ne deficeret animo, quodque susceperat onus bene ut perferret, congregare sibi jussit Deus septuaginta viros de senibus Israel, quibus Moyses spiritum indidit, ut populi essent magistri, et sustentarent cum illo onus, nec solus Moyses gravaretur. Nunc igitur illa consolatio nos una sustentat, Venerabiles Fratres, quod vos multo antea Deus ipse a reliqua Fidelium multitudine ad regendarum curam animarum asciverit, socios Nobis, et adiutores dederit, ac suo ipsius spiritu, cum

Causa scribendæ hujus Epistolæ.

(1) Num. XI. 11. 14.



Episcopalibus Mysteriis initiati estis, abunde repleverit, ut nos jam Dei ope primum, virtuteque confisi, singulari deinde; quo flagratis vestri muneris obeundi studio, vestraque freti sapientia, plurimum de nostra tristitia, et sollicitudine ademptum esse arbitremur. Itaque tum ut consolemur in vobis (1) per eam, quæ invicem est, fidem vestram atque nostram; tum ut vestram (2) excitemus in commonitione sinceram mentem, has literas ad vos scribimus; tum vero maxime, ut, quos adversus terrimum humani generis hostem, veluti instructa acie ardentes novimus, et erectos, tamen quo alacriores, erectioresque ascendatis ex adverso, stantesque (3) in prælio pro domo Israel dimicetis, ad rem bene gerendam vos adhortemur.

Unitas inter fratres servanda.

§. 2. Quo quidem in bello tam multipli, tamque periculoso spes victoriæ eo melior erit, et exploratior, quo (4) arctiore vinculo pacis unitatem servabimus. Eo igitur, Venerabiles Fratres, viribus omnibus incumbat charitas vestra, ut funditus e Fidelium animis vel ipsa tollantur cujusquemodi certaminum semina. Vestrum est id sedulo præstare, ut omnes (5) inquirent pacem, (6) omnes sectentur quæ pacis sunt. Ipse enim Dominus Jesus, paulo antequam Passioni se dederet, (7) pacem relinquo vobis, ait Apostolis, pacem meam do vobis. Nec Apostolis tantum, sed et nobis reliquit pacis hæreditatem: (8) Non pro eis, inquit, tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint. Hanc tantam hæreditatem, tamque præclaram a Christo Domino nobis traditam, videte quæso, Venerabiles Fratres, ut animorum dissensionibus extinguendis constanter, et perpetuo retineamus. Hujus autem hæreditatis pignus ait Apostolus, esse Spiritum Sanctum. Cum autem in ipsius conspectu ipsi nos ponimus, eumque obsecramus, ut ad sanctificandum Ecclesiæ sacrificium Spiritum Sanctum de Cælo demittat, nihil aliud nobis postulare videmus, nisi ut per gratiam

spiritualem in Ecclesia charitatis unitas inderrupta servetur. Illud vero nos omnes commeminisse oportet, quod quærente Domino, quem dicerent homines esse Filium hominis, et quem ipsum Discipuli crederent, cum alias de eo respondissent aliorum esse opiniones; B. Petrus (1) ex omnium mente, Filium Dei vivi non carne, et sanguine, sed Patre revelante confessus est.

Discrimen inter Filios lucis, et sæculi.

§. 3. Quo quidem omnibus facile apparuit, inter Filios lucis, Filiosque sæculi illud jam tum fuisse discrimen, ut hii variis inter se, diversisque opinionibus discrepant, illi unitatis initiati Mysterio, per omnium Caput, unam omnium per os unius confessionem profiterentur. Omnes igitur curas vestras, Venerabiles Fratres, in Fidelium coagmentanda pace defigite. Turbæ, (2) contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones consilescent, ut qui Catholici nominis sunt, omnes in (3) eodem sensu, in eadem sententia perfecti sint, idem unanimes dicant (4) idem sapiant, illudque intelligant probe, atque animo imbibant, se, qui Christi membra esse velint, non posse concordiam habere cum capite, si discordes voluerint esse cum membris, nec Fratres a summo Patre in Filiis numerari, qui in fratrum charitate non fuerint.

§. 4. Insignes vero notas, certissimæque charitatis indicia, ne quis erraret in ea re qua salus humani generis continetur, ostendit nobis Apostolus. Charitas, inquit, patiens est, benigna est. (5) Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur. Ex quo illud intelligi debet, unde charitas absit, illam ibi maxime vigere malignitatem, quam homines ab ipsa origine nostra contraximus. Inde, tamquam animorum faces, exardescunt arrogantia superbumque fastidium, et contumacia, et avaritia, et intolerantia, et ambitio, et invidentia, et inanis gloriæ cupido, cæteræque animi pravitates, quæ omnes (6) ex ejus, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptione gignuntur.

Charitatis notas, et indicia.

Unde charitas absit, ibi vitia vigent.

§. 5. Facessant igitur ab Episcopali regimine animi tumor, et contumaces mores. Qui dicimus, nos mane-

Ab Episcopali regimine absint contumaces mores.

(1) Rom. I. 12.  
 (2) II. Petri III. 11.  
 (3) Ezech. XIII. 5.  
 (4) Ephes. IV. 3.  
 (5) I. Petri III. 11.  
 (6) Rom. XIV. 19.  
 (7) Joan. XIV. 27.  
 (8) Joan. XVII. 20. 21.

(1) Matth. XVI. 14 et seq.  
 (2) II. Cor. XII. 20.  
 (3) I. Cor. I. 10.  
 (4) II. Cor. XIII. 11.  
 (5) I. Cor. XIII. 4. 5.  
 (6) II. Petri I. 4.

re in Christo, (1) debemus, sicut ille ambulavit, et ipsi ambulare; nec aliunde quam a Domino Jesu petendum, quod imitemur, exemplum. Ille enim, orta inter Discipulos contentione, quis eorum videretur esse major, (2) Reges gentium, inquit, dominantur eorum; vos autem non sic: sed qui major est in vobis, fiat sicut minor, et qui præcessor est, sicut ministrator: Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Itaque cum Apostolis interdictus sit a Christo Jesu dominatus, non ad Ecclesiæ principatum, sed ad Ecclesiæ servitutem nos venisse existimemus: atque illuc omnes cogitationes, labores, et consilia nostra conferamus, ut, quæ oves a Domino fidei nostræ commissæ sint, eas integras, et salvas in Ecclesia retineamus; nec quidquam tantopere voluisse videamur, quam earum incolumitati consulere.

§. 6. Quapropter (3) Seniores, Apostolorum Principis vos alloquimur verbis, obsecro Consenior, et testis Christi passionum, qui et gloriæ communicator; pascite, qui in vobis est, gregem Dei; providentes non coacte quemadmodum mercenarius, (4) qui videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit; sed spontanee (5) secundum Deum, quemadmodum Pastor, qui dat animam suam (6) pro ovibus suis: neque (7) turpis lucri gratia, sed voluntarie; neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo. Nul- lum enim tetrius venenum, aut perniciosius, dominandi libidine; qua si forte Episcopus corripiatur, Ecclesiam illi creditam, si non interire, vehementer certe labefactari necesse est. Non igitur præesse tantummodo velit Episcopus, sed potissimum prodesse; et forma gregis factus ex animo, vitæ suæ innocentiam, morum integritatem, pietatem, religionem tanquam facem præferat; in quam populus intuendo, lætus et alacer in via Domini gradietur, cum viderit ducem sibi datum esse non dominum.

§. 7. Illud etiam charitatis est maxime proprium præcipua quadam lætitiæ perfundi, seu potius gaudio efferri, cum quis in Ecclesia Dei pietatis, doctrinæque floreat laude, et salutis ani-

marum vehementer cupidus Sacerdotalis officii munus industria, labore, diligentia suaviter exequatur. Ejusmodi vero hominem (1) invidiæ patere proximi, sepiuscule animadvertimus; quem nemo sanus non videat invidorum obre- ctationibus prosterni, atque obteri non oportere. Prophetantibus in (2) castris Eldad, et Medad, Moyses monenti se Josue filio Nun, ut eos prohiberet, se maxime velle, respondit, ut vel omnis populus prophetaret: Quid (3) inquit, æmularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, et det eis Dominus spiritum suum? Irritari vero, et ira incendi nefas sibi putat Episcopi charitas: abductum noxiis cupiditatibus hominem, illum quidem (4) non quasi inimicum existimat, sed ut fratrem corripit, et blandiendo, cohortando, monendo, ab errore revocat, et in rectam reducit viam. Quod si quid acciderit, in quo graviore verborum castigatione oporteat uti; cavet, ne quid sibi verbum excidat inclementius, et severitate adhibita ab omni abstinet contumelia.

§. 8. Sed de inanis gloriæ cupiditate, quam quis Episcoporum scopulum recte appellaverit, sileri non potest. Ea profecto nihil charitati fortasse inimicius: quem enim Episcopum exitialis illa pestis corripuerit, et infecerit, ad hunc obrepit adulatio; hujus nobilissimam partem, animam scilicet adoritur; hunc venenatis assentationibus capit; huic perpetuo assidet; pravamque illam, qua quisque nostrum maxime decipi- mur æstimationem sui nimiam immaniter augendo, eo miserum redigit; ut non amplius Dei, sed sui gloriam quærat; quam tamen vel ipse Christus Dominus negavit (5) se quærere. Adulationem perniciosissimi veluti satellites et ministri assectantur detractio, et mendacium; ut, bonis egregiisque sum- motis viris, in Episcopi comitatu jam nihil sani, nihil integri reliquum sit. Propterea monet sapientissimus Salomon, (6) melius esse a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi: Et (7) remove a te os pravum; detrahentium labia sicut procul a te: Et illud, quo in memoria semper esse debet Episcopis, (8) Princeps, qui liben-

De inanis gloriæ cupiditate Quanta inde mala oriuntur

Adulationis assectæ detractio, et mendacium.

Dominandi libido et Episcopo et Ecclesiæ perniciosissima.

Ab Episcopi animo absit invidentia.

(1) I. Joan. II. 6.  
 (2) Luc. XXII. 25.  
 (3) I. Petri V. 1. 2.  
 (4) Joan. X. 12.  
 (5) I. Petri ubi sup.  
 (6) Joan. ubi sup. v. 11.  
 (7) I. Petr. ibid.

(1) Eccle. IV. 4.  
 (2) Numer. XI. 27.  
 (3) Ibid. v. 29.  
 (4) II. Thess. III. 15.  
 (5) Joan. VIII. 50.  
 (6) Eccle. VII. 6.  
 (7) Prov. IV. 24.  
 (8) Ibidem XXIX. 12.

ter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios. Ne (1) igitur efficiamur inanis gloriæ cupidi: ejusmodi (2) gloria sit in eorum confusione, qui terrena sapiunt. Nos alte spectemus; cœlestem illam æternæ gloriæ domum contueamur, nec in ore hominum nostram arbitremur veram, solidam, gravem esse positam gloriam. (3) Omnes peccavimus, omnes egemus gloria Dei, omnes necesse habemus, ut (4) peccatis mortui, in nobis non ipsi glorificemur, sed (5) glorificetur Pater in Filio; utque (6) repleti simus fructu justitiæ per Jesum Christum in gloriam Dei, cui soli (7) gloria, magnificentia, et imperium.

De misericordia in pauperes.

§. 9. Atque inter justitiæ quidem fructus misericordia in pauperes potissimum est numeranda. Justitia autem illa, (8) quæ ex fide est Christi Jesu. Verum (9) si frater, et soror nudi sint, et indigeant victu quotidiano; dicat autem aliquis ex nobis illis: Ita in pace calefacimini, et saturamini; non dederimus autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit nobis fides? Sic enim Christianos omnes interrogat Jacobus Apostolus. Et cujuslibet quidem Fidelis, ejus maxime, qui paulo ditior sit, opitulari debet pauperibus misericordia: ii tamen largitatem præcipuo quodam jure suo nostram requirunt, qui res Ecclesiæ, quæ sunt vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum, non ut proprias, sed commendatas habemus; nec ea æquum est in usus nostros ita nos vindicare, ut nihil reliqui sit iis, quibus fas esset, nostrum est quod expenditis, clamitare. Etenim unde nam plerique, nisi de donis Ecclesiæ tanta abundamus affluentia rerum, et copia? De bonis igitur sponsæ tantum sumendum, quo præsto sint (10) alimenta; et quibus tegamur, hisque contenti simus, (11) quæstum magnum existimantes pietatem cum sufficientia. Quæstus autem ille sane præclarus, cum nobis ea suppetunt abundantius, quibus opus est ad custodiendam Sponsam, nutriendam, ornandamque: omnium vero quæstus

Potiori jure pauperes, ab Episcopis largitatem, quam a caeteris postulant.

luculentissimus, quod elemosynis a Deo gratiam impetramus, qua cæca mens nostra illustratur; nosque ingenito languore fracti, et jacentes erigimur, et sustinemur. Nam cum esurienti effuderimus (1) animas nostras, et animam afflictam repleverimus, orietur in tenebris lux nostra, et tenebræ nostræ erunt sicut meridies, et implebit Dominus splendoribus animas nostras.

§. 10. Profecto ad lumen a Deo menti impetrandum, obtinendamque devotionis gratiam, sine qua Episcopalia officia necesse est relanguescere, magna vis est elemosynæ: sed oratione, et sacrosancto Missæ Sacrificio nihil efficax magis. Orare (2) sine intermissione nos jubet Apostolus, et in omnibus gratias agere; hanc enim esse voluntatem Dei, ne fidei, et charitatis spiritum velimus extinguere: qui quidem spiritus (3) infirmitatem adjuvat nostram, et postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Equidem, si quis alius sapientia Episcopus indiget: quam poplitea (4) postulet a Deo, et ipse dabit: postulet autem in fide nihil hæsitans: tantamque, si fieri posset, optandum, ut in animo fidem suo excitaret, quanta fide fuit Moyses, qui Deum (5) invisibilem, tanquam videns sustinuit. Ad eam fidem humilitas accedat oportet: Ego vero, (6) clamabat David, egenus et pauper sum; Deus adiuva me. Quanti vero sit ponderis perseverantia in Oratione, et assiduitas, declarant illa Christi Domini verba: (7) Oportet semper orare, et non deficere. Atque in ea assiduitate, et constantia Dei numen, (8) si moram fecerit, expectemus: apparebit, et non mentietur; quia veniens veniet, et non tardabit. Cumque non nostras tantummodo curare debeamus infirmitates, sed etiam putare, aliorum mala ad nos pertinere, et ea æque habere ac nostra; vehementius, diutiusque intendenda nobis ad Dominum nostra est oratio; qua, tanquam Ecclesiæ Fidelium interpretes, omnium fidem, spem, et charitatem ante oculos Domini statuentes, quod omnibus in universum, quodquod cuique Fidelium opus est, a Domino impetremus. Dei autem exorandi viam nobis muniet, et

Episcopis maxime propria oratio, et Sacrosancti Sacrificii oblatio

Orationem tria habere oportet; fidem humilitatem, perseverantiam.

(1) Galat. v. 26.  
 (2) Philipp. III. 19.  
 (3) Rom. III. 23.  
 (4) I. Petri II. 24.  
 (5) Joan. XIV. 13.  
 (6) Philipp. I. 11.  
 (7) Judæ v. 25.  
 (8) Philipp. III. 9.  
 (9) Jacobi II. 15.  
 (10) I. Timoth. VI. 8.  
 (11) Ibid. v. 6.

(1) Isai. LVIII. 10. 11.  
 (2) I. Thessal. v. 17. 18.  
 (3) Rom. VIII. 26.  
 (4) Jacobi I. 5.  
 (5) Hebr. XI. 27.  
 (6) Psal. LXXIX. 6.  
 (7) Luc. XVIII. 1.  
 (8) Habacuc II. 5.

Sacrosanctum Missae Sacrificium maxime efficax ad quidvis a Deo impetrandum.

quidvis adipiscendi etiam aperiet augustissimum Eucharistiæ Sacrificium. Idcirco vel maximis nostri muneris occupationibus etiam implicati, Sacrosanctum Jesu Christi Corpus, et Sanguinem non recusabimus, quominus frequenter Deo offeramus; nullumque majus putemus nobis datum esse negotium, quam crebro placationis hostiam pro nostris populique peccatis Deo Patri immolare.

Quae praeceptae Fidelibus ingerenda doctrina.

§. 11. Cumque medii quodammodo simus Deum inter, et homines; quemadmodum ad Deum vota hominum, ita Dei voluntatem ad populum perferamus. Hæc est autem (1) voluntas Dei, sanctificatio nostra. Itaque nostrum est, Venerabiles Fratres, aperire (2) ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, ut manifestemus illud ita ut oportet nos loqui. Illud potissimum docendi sunt populi: Christum carnem suam, nostræ, excepto peccato, similem, illam quidem non modo sanctam, sed etiam sanctificantem, possibilem tamen, et mortui obnoxiam, quæ omnium nostrum vicem repræsentaret, justitiæ divinæ simulque (3) nos itidem obtulisse: eam item et nos eodem tempore omnibus objecisse cruciatibus, quibus digna erant nostra crimina: damnatam fuisse mortis doloribus: maledictam adversus peccatores in lege pronuntiata subisse: inter acerbissimos dolores mortuam: legi satisfactum: quidquid esset peccati simile, per Jesu Christi mortem, et sepulturam abolitum: E sepulcro Dominum Jesum, cum eadem quidem carne, sed mortalitatis exuviis exuta, et immortalitatis honoribus exornata revixisse: Idcirco peccatoribus, quo justificentur, opus esse mori cum Christo, qui pro illis, eorumque nomine mortuus est: cum Christo sepulcrum ingredi, ut ibi culpa temerata carnem relinquunt: veterem hominem iræ Dei, et mortis maledictioni tradendum, relinquendumque; ut per Baptismum novus in nobis homo, nova factus creatura novumque figmentum, possit cum Christo ad immortalitatem, æternamque gloriam reviviscere. Propterea Christianis omnibus de illa perpetua, non de hac exigua vita cogitandum: tum abiciendas voluptates, et divitiarum, quæ voluptatum sunt instrumenta, cupiditatem ex animo avellendam; tum etiam

maxime, qua noxiæ omnes cupiditates continentur, exuendam esse superbiam: (1) mundum transire, ejusque concupiscentiam: qui autem faciat voluntatem Dei, manet in æternum.

§. 12. Hæc vero reliquamque doctrinam mysteriorum Dei, quanti negotii sit populos docere, ipsi vos, Venerabiles Fratres, pro sapientia vestra facile perspicitis. Propterea considerandum maxime est, quam multa in iis esse oporteat, quos ad Sacerdotale ministerium, instruendumque Christianis institutionibus populum, elegeritis; quanta vitæ innocentia, quanta morum integritas, quanta castitas, justitia, pietas, religio: Quam magnum sit, si quid pravum, si quid vitiosum, si quid improbum consuetudine mala inhæserit moribus, illud Parochos caute, et prudenter avellere: proximum quemque salutaribus monitis, consiliisque juvare, et instruere: animæ fideli denique penas dare, quibus se humo tollat ad rerum divinarum contemplationem; eam mundo ereptam Deo tradere, divinamque in illa imaginem in pristinum revocare. Contra, quam non ferendum, a Fidelibus sibi commissis eos Parochos rationem vitæ repscere, qui reddere non possint suæ; et ita mores in altero reprehendere, ut quominus ipsi redarguantur, recusare non queant. Ad puros sanctosque mores accedat oportet digna Ecclesiastico homine ab iis percepta doctrina. Scripturas cognitatas habeant: Omnis enim (2) Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Sacrum igitur utriusque fœderis codicem, Ecclesiæ traditiones, Sanctorumque Patrum scripta, veluti fontes adeant, unde pura, et incorrupta fidei, morumque doctrina profunditur: Romanum vero Catechismum, Catholicæ Doctrinæ summam, assidue versent, et lectitent; unde sacras conciones ad populum habendas depromant.

§. 13. Nos studiis igitur privatis, nec ex cujusquam commendatione, sed optimum quemque, illumque præsertim, cujus timida virtus ministerium defugiat, fidelem fore putetis ministrum, cui partem gregis dominici committatis. In universum manus cito nemini imposueritis: (3) quod tunc cito fieri arbitra-

Cautio in eligendis Sacris Ministris.

Sacris Ministris Sacrarum literarum studia colenda.

Lentæ deliberationis, et maxime considerati consilii esse manus imponere.

(1) I. Thessal. 3.  
(2) Coloss. IV. 5.  
(3) I. Petri III. 18.

(1) I. Joan. II. 17.  
(2) II. Timoth. III. 16.  
(3) I. Timoth. V. 22.

mur, cum non nisi semel aut iterum homines expendimus, et probamus; quem contra accurate, exquisiteque exploratum, ac severe iudicatum oportuit, ne alienis peccatis (1) communicantes, inconsultæ temeritatis Deo pœnas demus. Neque vos tædeat, Venerabiles Fratres, si in ea re, quæ magnam cautionem habet, paullo diutius immoremur. Cujusmodi enim sunt Sacerdotes, ejusmodi plerumque esse solet et populus. In eos, præsertim si Parochi sint, tanquam in speculum omnes inspiciunt. Quapropter neminem perniciosius de Ecclesia mereri, quam vitiosos Clericos existimandum est, qui sua vitia infundunt in populum, eumque ita corrumpunt, ut plus exemplo suo, quam peccato nocere videantur.

Munus Episcoporum per se ipsos prædicare.

§. 14. Ascitis autem in sacrum ministerium viris quamvis egregiis, non propterea evangelizandi munere nos esse defunctos arbitramur: sic enim in aliorum manus retia dimittere videremur, quæ tamen tradidit nobis Dominus, ut ipsi simus hominum (2) piscatores. Præcipuum Episcoporum officium est Verbum Dei prædicare. Væ mihi, clamabat Apostolus, (3) si non evangelizavero: necessitas enim mihi incumbit: Nec præcipue ad baptizandi munus quamvis sanctum, sed potissimum ad (4) evangelizandum a Christo Domino commissum esse. Ipso autem Apostolorum iudicio primas tenere novimus Verbi ministerium, quod (5) non æquum derelinquere existimarunt sanctissimi viri; ac propterea reliqua opera, quæ ad misericordiam erga proximum pertinerent, Diaconis censuerunt oportere committi. Et Beatissimus Paulus ad Timotheum scribit: (6) Attende lectioni, exhortationi, et doctrinæ. Si quis autem se carere sentiat facultate dicendi, nec ingenii sui esse dicat id munus exequi; in reliquis saltem, quæ ad Verbum Dei quoquomodo pertinent, non patiatum officium suum requiri. Itaque si mandaverit Clericis, ut Christianæ Doctrinæ rudimenta pueris tradant, in eam rem det operam quoque suam. Parochis etiam in docendo populo socium se adjungat, ut suum annunciandi Verbi munus aliqua ex parte tueatur: quæ res alacritatem etiam summam omnibus afferet, qua suum quisque obeat officium. Qua-

Quid agendum Episcopo, cui desit facultas dicendi.

(1) Ibid.  
 (2) Matth. IV. 19.  
 (3) I. Cor. IX. 16.  
 (4) Ibid. I. 17.  
 (5) Act. VI. 2. 4.  
 (6) I. Timot. IV. 13.

mobrem ne gravetur cum Consacerdotibus suis aliquoties Sacramenta Fidelibus ministrare, Chorum interdum adire, et Psalmos cum Canonicis canere, collationibus, quas instituerit, coram præesse: ex quo fiet, ut non minimum sacri Ministri de illius spiritu, quemadmodum septuaginta viri de Spiritu Moysis accipiant. Huc accedit, quod populum, qui hæc viderit, summa de divini sanctitate cultus opplebit opinio; et ejusmodi Augusto spectaculo homines maculosi deterriti ad sacrum Ministerium ne aspirare quidem audebunt.

§. 15. Quoniam vero Ecclesiæ procurationem, gregisque tutelam sui nullo pacto potest gerere, si absit, Episcopus; propterea suæ quisque vestrum Ecclesiæ nullo non tempore adsideatis oportet. Id et naturali lege, et sacris etiam canonibus, et Tridentinis præsertim Decretis sancitum est. Universæ quoque Diœcesis loca adeunda, ut quarum legum vires deficere cœperint, eas vel a ministrorum indiligentia, vel a subditorum contumacia vindicetis. Quod si qua gravior, et necessaria causa extiterit, quamobrem de vestra Diœcesi discedendum vobis sit, atque ab ea aliquandiu vos abesse oporteat; ne, quæso, patiemini Pastoris desiderio sui confici Ecclesiam, a cujus periculo nunquam putetis absentiam vestram esse sejunctam.

Episcopus ab Ecclesia sua nunquam absit, nisi ex gravissima causa. Diœcesim videret.

§. 16. Præterea verbis conjugatur exemplum: (1) in omnibus nosmetipsos præbeamus exemplum bonorum operum; ut is, qui (2) ex adverso est, veatur, nihil habens dicere de nobis. Ne opera absque sermone sint tacita; neque dicta, factis deficientibus, erubescant: atque illud animo reputemus, perfectum Ecclesiæ Principem, perfectis maximarum virtutum bonis ita esse instructum, ut et vita ejus dicendo, et doctrina vivendo exornetur. Domus autem cujusque nostrum sit pudoris, et modestiæ magistra, Ecclesiasticæ Disciplinæ officina, plena dignitatis atque concordia, quod tum assequemur, si nullius voluntati aut gratiæ dediti, nihil animi nostri imbecillitati, et mollitiæ indulgeamus, neminemque habeamus eximium; quod in Ecclesia administranda magnas plerumque turbas creat, et offensionem habet gravem, et Episcopo invidiam, et contemptum parit.

Ut verbo, sic exemplo procedendum esse Gregem Domini.

(1) Tit. II. 7.  
 (2) Ibid. v. 5.

Qui in Episcopatus gradu locandi.

§. 17. Quod ad nos attinet vigilias (1) anticipaverunt oculi nostri, ut per Civitates constituamus Episcopos, qui ad Episcopatum afferant doctrinam sanam, vitam irreprehensibilem, mentem ad omnia paratam pro Christo; quique id sibi munus obvenisse arbitrentur, cui qui præsedit, non intumescat amplitudine dignitatis, sed humilitate decrescat. Et in exquirendis quidem explorandisque viris, quos tanto muneri præpositos esse velimus, sancta testimonii vestri religione, et fide confisi, vobis testibus utemur, et auctoribus; quos minime dubitamus nullam carnis, et sanguinis rationem habituros, sed ejus tantummodo, qui vocavit vos (2) in opus ministerii, in ædificationem Corporis Christi.

Invicto se animi robore munit Episcopus adversus ea, qua fidem et pietatem læduat.

§. 18. Reliquum est, Venerabiles Fratres, ut vos de fortitudine moneamus, et animi robore; quo maxime est opus adversus ea, quæ vel Orthodoxam Fidem oppugnant, vel pietatem lædunt, vel morum integritatem infringunt. Repleti (3) simus, obsecro, fortitudine Spiritus Domini, iudicio, et virtute. Ne (4) tanquam canes muti, non valentes latrare, Greges nostros patiamur (5) fieri in rapinam, et oves nostras in devorationem omnium bestiarum agri: neque nos quidquam deterreat, quominus pro Dei gloria, et salute animarum ad omnes dimicationes nosmetipsi objiciamus. Recogitemus (6) eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem. Quod si nequissimorum timeamus audaciam, actum est de Episcopatus vigore, et de Ecclesiæ gubernandæ sublimi, ac divina potestate; nec Christiani ultra, aut durare, aut esse jam possumus, si ad hoc ventum est, ut perditorum minas, aut insidias pertimescamus. Fidentes (7) igitur non in nobis, sed in Deo, qui suscitavit mortuos, alti, excelsi, humanas res despicientes, Dominum inclamemus: Spes (8) mea tu in die afflictionis: nec unquam animis, aut corporibus defatigemur: Dei enim (9) adjutores sumus: Dominus autem Jesus nobiscum est (10) omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Itaque nullis scanda-

lis, nullis persecutionibus infirmemur, ne electioni Dei videamur ingrati, cujus tam valida sunt adjutoria, quam vera promissa.

§. 19. Denique, quoniam in æterno examine pro omnibus, et præ omnibus, qui Christi censentur nomine, rationem reddituri sumus; vos obtestamur, Venerabiles Fratres, et obsecramus, ut si quæ scandala, et dissensiones oriantur, quibus sedandis impares sitis, ad hanc Beatissimi Apostolorum Principis Sedem, tanquam ad Caput, et Episcopatus apicem referatis, unde ipse Episcopatus, et tota auctoritas nominis hujus emerit. Hinc, veluti de natali suo fonte aquæ cunctæ procedunt, et per diversas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ dimanant, Ecclesiæ omnes sumant quid præcipere, quos abluerent, quos veluti in cæno inmundabili sordidatos, mundis digna corporibus unda devitat. Nos quidem Dei primum virtute nixi, deinde B. Petri tutela confisi, cujus cura omnes habet præsentis, consilio, ope, auctoritate vos juvabimus. Parati sumus ipsi pro vobis, (1) impendere, et superimpendi, ut incolumes Ecclesias, incolumes Fratres tueamur. Cæterum sub ipsa suscepti oneris mole (2) fiduciam habuimus Deo, qui, cum nobis oneris sit auctor, nobis fiet etiam adjutor; et ne sub magnitudinæ gratiæ succumbat infirmitas, dabit virtutem qui contulit dignitatem. Interea misericordissimam Dei nostri clementiam supplices obsecrate, ut in diebus nostris expugnet impugnantes Nos; munit fidem vestram; multiplicet devotionem; augeat pacem; meque servulum suum, quem ad ostendendas divitias gratiæ suæ, gubernaculis Ecclesiæ voluit præsidere, sufficientem tanto operi, et utilem vestræ defensionis dignetur efficere, et ad hoc tempora nostræ servitutis extendere, ut proficiat devotioni, quod fuerit largitus ætati. Gratia Domini Nostri Jesu Christi vobiscum; quibus benedicimus; vosque salutamus in osculo sancto: omnibusque itidem Consacerdotibus vestris, cæterisque Ecclesiarum vestrarum Fidelibus Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem postridie Id. Septembris Anno MDCCLVIII Pontificatus Nostri Anno I.

Epistolæ conclusio.

S. Petri Sedes, caput, et apex Episcopatus, unde Episcopalis omnis emerit auctoritas.

(1) Psal. LXXVI. 5.

(2) Ephes. IV. 12.

(3) Michæa III. 8.

(4) Isaiæ LVI. 10.

(5) Ezech. XXXIV. 3.

(6) Hebræ. XII. 3.

(7) II. Cor. I. 9.

(8) Jerem. XVII. 17.

(9) I. Cor. III. 9.

(10) Matth. XXVIII. 20.

(1) II. Cor. XII. 15.

(2) I. Thessal. II. 2.

## X.

Confirmatur Breve Clementis XI, quo Confraternitati Aurigarum prorogatur jus privativum quoad omnes alios excoriandi equos, mulos, et asinos quos in Urbe mori contigerit, ei alias ab Innocentio XII concessum, ita tamen ut emolumentum, quod ea de causa perciperetur, deductis expensis Eleemosynæ nomine in servitium prædictæ Ecclesiæ erogari deberet.

Datum die 12  
Septemb. 1756  
A. I.

Clemens PP. XIII.  
Ad futuram rei memoriam.

Jus Privativum a Clemente PP. XI. confirmatum.

§. 1. **A**lias fel: rec: Clemens PP. XI. Prædecessor Noster ad supplicationem tunc existentium Officialium, et Confratrum Confraternitatis Aurigarum in Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum in Cacaberis de Urbe confirmavit jus privativum quoad omnes alios excoriandi, seu per eorum ministros, et deputatos excoriari faciendi Equos, Mulos, et Asinos, quos in Urbe præfata mori contigisset dictæ Confraternitati ab Innocentio PP. VII Prædecessore pariter Nostro concessum, ita tamen, ut emolumentum quod ea de causa perciperetur, deductis necessariis expensis, eleemosynæ nomine in servitium prædictæ Ecclesiæ erogari deberet, et alias prout plenius continentur in ipsius Clementis Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis tenoris qui sequitur, videlicet = Clemens PP. XI ad futuram rei memoriam = Exponi Nobis nuper fecerunt Dil. Filii Officiales, et Confratres Confraternitatis Aurigarum in Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum in Cacaberis vulgo nuncupata de Urbe canonice, ut asseritur, erectæ, quod ipsis alias a fel: rec: Innocentio PP. XII Prædecessore Nostro in vim specialis Rescripti bo: mem: Palutio dum vixit Episcopo Prænestino S. R. E. Cardinali de Alteriis nuncupato, et ejusdem S. R. E. Camerario directi, et subinde per duo Edicta ejusdem Palutii Episcopi Cardinalis, et Camerarii, ac per aliud Rescriptum dicti Innocentii Prædecessoris dilecto Filio Nostro Galeatio dictæ S. R. E. Cardinali Marescotto nuncupato tunc ejusdem S. R. E. Pro Camerario pariter directum jus privativum quoad omnes, et singulos alios cujuscumque status, gradus, et conditionis excoriandi, seu per eorum ministros, et deputatos

Constitutio Clementis PP. XI.

Causa hujus Constitutionis.

Edicta, quæ Confraternitati privativum jus alias declarant.

excoriari faciendi Equos, Mulos, et Asinos, quos in Urbe mori contigisset juxta quasdam obligationes ab eis factas, et in Edictis per eisdem Palutium Episcopum, et Galeatium Cardinales Camerarium, et Pro Camerarium respective publicatis contentas sibi concedi obtinuerunt; ita tamen, ut emolumentum, quod iidem exponentes ea de causa perciperent, deductis necessariis expensis, in præfata eorum Ecclesiæ servitium eleemosynæ nomine erogare deberent, et alias prout in præfatis Edictis ea super re emanatis, quæ præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes præmissa, quo firmitus subsistant, ac serventur exactius Apostolicæ confirmationis nostro patrocinio communiri plurimum desiderarent; Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, jus privativum quoad omnes alios excoriandi, seu excoriari faciendi dictos Equos, Mulos, et Asinos prædictæ Aurigarum Confraternitati concessum, ut præfertur, auctoritate Apostolica, tenore, præsentium confirmamus, et approbamus. Decernentes easdem præsentis Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ S. R. E. Camerarium seu Pro Camerarium, et alios Cardinales etiam de latere Legatos, nec non Cameræ nostræ Apostolicæ Præsidentes Clericos, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane quidquid secus su-

Exponentium petitiones approbat, atque confirmat.

Decretum irritans.

per his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ Urbis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, eorumque reformationibus, et novis additionibus, stylis, usibus, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: Quibus omnibus et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV Julii MDCCVIII Pontificatus Nostri Anno Octavo.

§. 2. Et subinde fel: rec: Benedictus PP. XIII, Clemens PP. XII, et Benedictus PP. XIV Romani Pontifices Prædecessores itidem Nostri præinsertas primodicti Clementis Prædecessoris literas per suas respective in simili forma Brevis expeditas Literas confirmarunt, et approbarunt, quarum tenores præsentibus pro expressis, et insertis habentes plenius volumus contineri.

§. 3. Cum autem, sicut Dilecti Filii moderni Officiales, et Confratres ejusdem Confraternitatis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi ejusdem concessionis effectum de præsentibus fruuntur, et ne Ecclesiæ servitium, aliaque charitatis, et pietatis, quæ exercere pergunt, opera diminuuntur, oportune in præmissis a Nobis provideri, et ut infra indulgeri summopere desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas dicti Clementis XI, ac alias postmodum eorumdem Benedicti XIII, Clementis XII, et Benedicti XIV Prædecessorum editas literas cum omnibus, et singulis in eis contentis, et inde se-

*Bull. Rom. Tom. I.*

quitis Auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, et quatenus opus sit jus privatum hujusmodi innovamus.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus, præinsertasque, et alias eorumdem Benedicti XIII, Clementis XII, et Benedicti XIV Prædecessorum literas super præmissis editas semper firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis, quæ idem Clemens XI in dictis suis literis voluit non ob stare, cæterisque contrariis, quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII Septembris MDCCLVIII Pontificatus Nostri Anno Primo.

## XI.

Cum Vocales Conventus S. Marii De Leon Militiæ S. Jacobi de Spatha; cujus ipse Rex Administrator perpetuus deputatus existit, in una congregati pro nova prioris ejusdem Conventus electione facienda, ob paritatem suffragiorum, peractis tribus successivis scrutiniis, priorem minime elegerint, et hujusmodi officium vacet, electio ad S. Sedem devoluta sit; Sanctitas Sua eidem Regi facultatem nominandi concedit quemcumque priorem, quoties ob discrepantiam votorum in tribus scrutiniis non fuerit electus.

Carissimo in Christo Filio Nostro Ferdinando Hispaniarum Regi Catholico.

Clemens PP. XIII.

§. 1. Carissime in Christo Fili Noster, salutem, et Apostolicam Benedictio-nem. Majestatis Tuæ nomine Nobis nuper expositum fuit, quod cum Prior

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

Datum die 15 Septemb. 1758 Anno I.

Res expositio facta a Priore Conventus S. Marii de Leon quoad retardatam Prioris electionem.

Clausula derogatoria.

Aliorum Prædecessorum literæ approbantur, atque confirmantur.

Precibus Confraternitatis Pontifex annuit.

Absolutio a Censuris.



Conventus S. Marii de Leon seu Legionis Militiæ S. Jacobi de Spatha, cujus Tu administrator perpetuus Auctoritate Apostolica deputatus existis, vacavisset, seu tunc existens Prior Conventus prædicti suum officium absolvisset; Vocales autem Conventus prædicti pro instituenda nova ejusmodi Conventus Prioris electione, juxta Militiæ, et Conventus hujusmodi statuta Auctoritate Apostolica forsitan confirmata in unum se se congregaverint, ob partium studia post tria successiva scrutinia peracta, Priorem minime elegerint, quippe qui novem ex decem et octo Vocalibus, qui Capitulum dicti Conventus constituunt, in unum, et reliqui novem in alterum Conventus, Militiæque prædictæ Professorum sua respective suffragia ferre perexerunt, eaque de causa ejusdem Conventus Prioris officium adhuc vacans reperitur, et hujusmodi electio ad Nos devoluta remanet.

Causa hujus Brevis, ad impediendam nempe confusionem in electionibus ortam.

§. 2. Nos in hoc rerum statu ad auferenda et penitus eliminanda jam ex præmissis orta scandala ac dissidia, et animorum similitates et dissentiones, quæ religiosam quietem, et regularem observantiam aliquando conturbare solent, atque una insimul in Superiorum electione non minima confusione afferre dignoscuntur, ac alia, quæ in posterum in similibus electionibus non solum dicti, verum etiam aliorum ejusdem Militiæ Conventuum Priorum oriri possunt, alacres auctoritatis, providentiæque nostræ partes interponere gessimus, ac indemnitati Conventuum Militiæ prædictæ tam in spiritualibus quam in temporalibus, ne ex diurna superiorum vacatione aliqua detrimenta patiantur consulere cupientes, Majestatemque Tuam specialibus favoribus et gratis prosequi volentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Majestati Tuæ non solum dicti Conventus Sancti Marii de Leon de præsentem, ut præmittitur vacantem, verum etiam aliorum Conventuum Militiæ Sancti Jacobi de Spatha Priores, quando pro tempore vacare contigerit, toties quoties ob discrepantiam Vocalium, sive ob paritatem suffragiorum nulla in tribus successivis scrutiniis canonica Conventuum prædictorum electio respective Priorum concludi possit, servata tamen in omnibus, et per omnia forma statutorum, seu stabilimentorum dictæ Militiæ, ac decretorum Concilii Tridentini eligendi et nominandi facul-

tem, Auctoritate Apostolica tenore præsentium tribuimus et impertimur.

§. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Militiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, privilegiis quoque, indultis et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis.

Decretum irritans.

§. 4. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plenæ et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xv. Septembris MDCCLVIII Pontificatus Nostri Anno Primo.

Contrariis derogat.

## XII.

Negat indultum conferendi Ecclesiastica Beneficia in mensibus Apostolicæ Sedi reservatis, quod Imperatrix petierat pro electo Episcopo Olomucensi.

Clemens PP. XIII.

Datum die 16 Septemb. 1758 Anno I.

Carissimæ in Christo Filia Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginae Apostolicæ nec non Boemiæ Reginae illustri in Romanorum Imperatricem electæ.

§. 1. Quam Pontificæ Charitati Nostræ permolestum accidat, cum postulatis apud nos editis obsecundare integrum nobis non est, haud satis aptis verbis explicare possumus. Persuasum sane Tibi, Carissima in Christo Filia Nostra, quam pro augustis, piisque Austriaci animi virtutibus, et eximiis in rem Catholicam meritis magno in pretio habemus, esse cupimus, Nos optatis tuis, cum opportuna sese Nobis dederit occasio faciles semper aures fore præbituros. Quoniam autem quoad Indultum conferendi Ecclesiastica Sacerdotia, seu Beneficia in Civitate, et Diœcesi Olomucensi in mensibus Apostolicæ Sedi reservatis vacantia, sive quibuscumque canonicis ex causis eidem Sedi affecta.

Suum obsequium significat ad secunda vota Reginae Imperatricis Mariæ Theresiæ.

quod pro dilecto Filio Comite Leopoldo Friderico ab Egk canonice electo Olo-mucensi, Majestas tua a Nobis expe-tiit, aliter in præsentiâ exposcunt gra- vissima rationum momenta.

Dolet quod nequeat hac in parte ejus vo- tis anuere.

§. 2. Dolemus idcirco, quod votis Tuis hac in parte satis facere non valeamus. Post tot enim contentiones ac dissidia exinde orta, statutum reperitur, ut indulta hujusmodi non nisi solis S. R. E. Cardina- libus, sive in suis Titulis, sive Episcopa- tibus, et solis Antistitibus S. R. I. Prin- cipibus Electoribus tribuantur. Caeterum de futura eorundem Ecclesiasticorum Sacerdotiorum, seu Beneficiorum, sive Canonicatus, sive Dignitates fuerint collatione deinceps per Apostolicam hanc sanctam Sedem facienda, Majestas tua sibi polliceri poterit, quod iis dum- taxat Ecclesiasticis Viris, qui meritissi- mi, et Majestati Tuæ neque suspecti, neque inuisi, sed grati, acceptique fue- rint, conferantur, quemadmodum di- lecto Filio nostro Alexandro S. R. E. Car- dinali Albano Majestatis Tuæ studiosis- simo declaravimus. Interim Majestati tuæ Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ die xvi. Se- ptembris MDCCLVIII. Pontificatus No- stri Anno Primo.

Collationes promittit Ec- clesiasticis vi- ris tum meri- tissimis, tum Majestati Suæ acceptis.

### XIII.

Datum quarto Kalendas Oct. 1758 Anno I.

Prævia avocatione, a quocumque Tri- bunalis litis et causæ per quosdam il- legitimos oppositores excitatæ, diu- que vigentis super executione lite- rarum Apostolicarum per Bened. XIV. Prædecessorem concessarum pro ere- ctione Collegiatæ in oppido Montis Actonum Firmanæ Diœcesis, ejus- demque litis extinctione, ac perpe- tui silentii impositione, sententiam promulgatam a Vicario Generali Fir- mano confirmat, ejusque literis no- vum robur adjungit et omnia in illis contenta executioni mandari, et ser- vari jubet.

*Litteræ S. M. Benedicti XIV. de qui- bus hic sermo est non reperiuntur im- pressæ in ejus Bullario, sed in præ- senti habetur illarum tenor.*

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei  
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium in quo Causæ hujus Motus proprii enun- ciantur.

§. 1. Suprema dispositione, cujus inescrutabili Providentia ordinationem suscipiant universa, super eminenti Apo-

stolicæ Dignitatis specula meritis licet imparibus constituti, inter cæteras curas humeris nostris incumbentes, illam libenter amplectimur, per quam Nostræ provisionis ope, litium anfractus, et dissidia, quæ inimicus homo sugge- rit, ab Ecclesia Dei penitus eliminan- tur, et sicut Nobis imminere prospici- mus, opem et operas Nostras impen- dimus efficaces; ac propterea Prædeces- soris literas a quocumque prætenso nul- litatis vitio revalidantes litium hujus- modi extinctioni per novæ gratiæ, de Apostolicæ Potestatis plenitudine concessæ, ministerium, aciem Nostræ con- siderationis extendimus, et in his Pa- storalis Officii Nostri partes favorabili- ter interponimus, prout locorum, per- sonarum, et temporum qualitatibus ma- tura deliberatione pensatis, conspici- mus in Domino salubriter expedire.

§. 2. Sane cum sicut Nobis inno- tuit alias, videlicet de anno Domini mil- lesimo septingentesimo quinquagesimo primo felicitis recordationis Benedicto PP. XIV. Prædecessori Nostro pro parte dilectorum ejus filiorum Pauli Antici Moderni, et etiam tunc existen. Paro- chialis et Matricis Ecclesiæ Plebanie forsan nuncupatæ Sancti Petri Apostoli, et Pauli Cornelii alterius Parochialis Ec- clesiæ Sancti Salvatoris Castri Montis Actonum Firmanæ Diœcesis respective Rectorum, ac unius sub Sanctæ Mariæ de Planctu nuncupatæ, ac alterius sub ejus- dem Sanctæ Mariæ Boni Jesus etiam nun- cupatæ, cujus Ecclesia, vel Oratorium publicum in solo Lateranen. erecta, seu erectum reperitur, et reliquæ in tribus ex præfatis, vel aliis dicti Castri Ec- clesiis respective canonice erectarum Confraternitatum Laicalium sub Sanctis- simi Sacramenti respective invocationi- bus, modernorum etiam tunc existen- tium Confratrum, exposito, quod pri- modictus Paulus, et Paulus secundodi- ctus, ac præfati Confratres in dicto Cas- tro, in quo nulla Collegiata Ecclesia, in qua diu, nocturne Altissimo in Hymnis, et Canticis persolverentur lau- des, eo usque erecta reperiebatur, pri- modictam Parochialem Ecclesiam in sæ- cularem, et insignem Collegiatam Ecclē- siam erigi, et institui desiderantes, pri- modictus Paulus videlicet primodictam, et secundodictus Paulus secundodictam Parochiales Ecclesias, non tantum unum ad vel sub S. Jo. Baptistæ in ejusdem S. Jo. Baptistæ, sed Stephanus Nico- laus Casali aliud ad vel sub Præsenta- tionis, seu Purificationis Beatæ Mariæ Virginis in primo dicta Parochiali, et

Referitur tenor litterarum Apo- stolicarum Be- nedicti XIV.

Dominicus Fortunati Clerici, seu Presbyteri Firman., seu alterius respective Civitatis, vel Diœcesis dilecti etiam Filii reliquum perpetua simplicia, et personalem residentiam non requirentia Beneficia Ecclesiastica ad vel sub Sanctæ Mariæ Luminum nuncupatæ, seu aliorum respective Sanctorum, seu Sanctorum respective invocationibus in eisdem Sanctæ Mariæ, seu aliorum respective Sanctorum, vel Sanctorum ejusdem Castri etiam Parochialibus, seu aliis respective Ecclesiis quæ Beneficia, sicut accepimus de Jurepatronatus Laicorum ex fundatione, vel donatione respective existunt, ac quas et quæ, et quoad primo, et secundo dictas Parochiales Ecclesias a triennio, et ultra illis personaliter deserviendo respective obtinebant, in ejusdem BENEDICTI Prædecessoris manibus sponte, ac libere, ad effectum tamen erectionis primo dictæ Parochialis Ecclesiæ in sæcularem, et insignem Collegiatam Ecclesiam sub invocatione ejusdem Sancti Petri Apostoli, et in ea unius Archipresbyteratus, qui prima, et principalis, et unius Prioratus, qui secunda Dignitates inibi respective existerent, ac sex Canonicatum, totidemque Præbendam nec non duarum Mansionariarum respective resignarunt; ita tamen, ut Archipresbyteratus ex primo dicta, et Prioratus præfati ex secundo dicta Parochialibus Ecclesiis, ac tres ex dictis sex Canonicatibus, et Præbendis ex dictis tribus Beneficiis, prævia tamen, primo dicti Beneficiorum etiam ex tunc, prout ex ea die, et cum primum illud ex persona secundo dicti Pauli vacare contigisset, tituli collativi nominis denominationis, et exentia perpetua suppressione, et extinctione, Apostolica auctoritate perpetuo erigerentur, et instituerentur, de consensu tamen dilectorum similiter Filiorum modernorum tunc existentium dictorum Beneficiorum Patronorum, necnon Confraternitatum hujusmodi Confratrum præfatorum, qui pro erectione ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ nonnulla bona ad eos legitime spectantia libere futuris illius Capitulo, et Canonicis cesserunt, cum obligatione tamen Capitulo, et Canonicis præfatis, perpetuæ celebrationis quatuor ex quinque Missis quas Confratres præfati celebrari facere tenebantur, ac reservato Jure patronatus laicali eorumdem Beneficiorum, ut præfertur suppressorum, et extinctorum respective patronis præfatis, uti antea quoad primo; secundo, et tertio dictos, quo vero ad quarto, et

quinto dictos Canonicatus, et Præbendam primo dictæ Confraternitatis, ac ad reliquum ex præfatis sex Canonicatibus, et Præbendis, et ad unam ex dictis Mansionariis Confratribus secundo dictæ Confraternitatis, nec non ad alterum ex Mansionariis præfatis in primo dicta Parochiali Ecclesia in sæcularem, et insignem Collegiatam, quæ etiam Parochiali Ecclesia in sæcularem, et insignem Collegiatam, quæ etiam Parochialis, et Matrix ut antea existeret Ecclesiam, ut præfertur erigendam, tertio dictæ Confraternitatis respective Confratribus, et quoad ultimo dictum, et ultimo dictam ex dictis sex Canonicatibus et Præbendis, ut præfertur, erigendis hujusmodi reservato Jure instituendi ad pro tempore existentes Capitulum, et Canonicos Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranen. de Urbe, juxta concordiam inter Venerabilem Fratrem nostrum modernum Archiepiscopum Firmanum, ac dilectos pariter Filios modernos seu tunc existentes Capitulum, et Canonicos dictæ Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranen. initam, et a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negociis, et consultationibus Episcoporum et Regularium præposita, approbatam: Idem BENEDICTUS Prædecessor supplicationibus sibi tunc desuper pro parte primo dicti Pauli, ac Pauli secundo dicti, ac Stephani Nicolai, et Dominici, ac Confratrum præfatorum porrectis benigne inclinatus, dilecto quoque Filio præfati Archiepiscopi Firmanni Vicario in spiritualibus Generali per suas Literas sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem pridie nonas Januarii Pontificatus sui anno undecimo dederit in mandatis, quatenus vocatis, qui fuissent evocandi, ac verificato prius coram eo unoquoque Jurepatronatus ex fundatione, vel dotatione hujusmodi, et quoad erectionem trium posteriorum Canonicatum, et Præbendarum, ac duarum Mansionariarum hujusmodi si, et postquam per earumdem Confraternitatum respective Confratres præfatos nonnulla annui redditus quadraginta octo pro dote dictorum trium posteriorum Canonicatum, et Præbendarum, ac duarum Mansionariarum hujusmodi, et reliqua omnia earumdem Confraternitatum respective bona tuta, et secuta, ac libera, immunita, et exempta, ac separata, et segregata, nec non exempta, et liberata, annui redditus quadringentorum quinquaginta duorum circiter respective scu-

torum monetæ romanæ pro distributionibus quotidianis, aliisque indigentibus Mensæ Capitularis, primodictæ Parochialis Ecclesiæ in sæcularem, et insignem Collegiatam, quæ etiam Parochialis, et Matrix, ut antea existeret, Ecclesiam, ut præfertur, erigendam vere, realiter, et cum effectu assignata fuissent, et cum hoc, quod bona assignanda hujusmodi transirent cum oneribus suis, quibus actu tunc gravata reperiebantur, et non alia sine alicujus præjudicio, erigeret, et institueret prout in dictis Literis plenius, et uberius continetur.

§. 3. Cumque, sicut etiam accepimus, præfatus Vicarius omnia, et singula in eisdem Literis, ut par erat verificari mandasset, nonnulli ex Confratribus dictarum Confraternitatum, et præsertim Confraternitatis Boni Jesus, cujus Ecclesia, seu Oratorium, ut pariter accepimus, in solo Lateranensi fundata, seu fundatum reperitur, et quæ applicationi bonorum præfatæ Mensæ Capitulari faciendæ consensum præstiterat sub reservatione beneplaciti Capituli, et Canoniorum dictæ Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranen., recursum habuerunt, usurpato nomine Populi dicti Castri, et earundem Confraternitatum ad præfatam Congregationem Episcoporum, et Regularium de anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo quarto pro inhibitione erectionis dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, et ab eadem Congregatione, attento præsertim explicito dissensu de eo tunc præfatorum Capituli, et Canoniorum dictæ Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranen., prodiit Rescriptum = *Collegiatam non esse erigendam* = Licet subinde præfati Capitulum, et Canonici dictæ Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis nuncupati eorum consensum ad effectum erectionis præfatæ præstiterint, quin imo eadem Congregatio Episcoporum, et Regularium in actu concordie inter præfatum Archiepiscopum Firmanum, ac Capitulum, et Canonicos dictæ Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis per eam ut præfertur, approbatæ, in qua expressa mentio ejusdem rescripti facta fuerat, ab eodem rescripto implicite recesserit, et propterea a primo dicto Paulo, ac Paulo secundo dicto, ac Stephano Nicolao, et Dominico, ac Confratribus præfatis in erectionis hujusmodi Literis præfatis nulla de hujusmodi Rescripto mentio facta fuit; Hinc igitur nonnulli ex prædictis Confratribus, et Patronis dicto-

rum Beneficiorum, minimam tamen eorum partem constituentes, non obstante consensu ad id per eos antecesserit præstito, illum revocare non formidantes præfatarum Literarum executioni se opposuerant.

§. 4. Verum per præfatum Vicarium, oppositionibus hujusmodi, ut illegitimis, minime attentis, definitiva emanavit Sententia super totali executione earundem Literarum, in suspenso tamen relicta erectione Canoniciatus, et Præbendæ, qui ex bonis præfati Beneficii Sancti Joannis Baptistæ ad ipsarum Literarum tendrem fieri debebat: Sed interposita ab hujusmodi Sententia per eosdem oppositores infra legitima tempora appellatione, lis, et causa hujusmodi Causarum Palatii nostri Apostolici Auditorio, ac certo illius Auditori commissa extitit cum clausula = *Parito Literis arbitrio Rotæ* = Propositoque sub die vigesimatertia mensis Junii anni ejusdem Domini Millesimi Septingentesimi Quinquagesimi secundi Dubio = *An intret arbitrium pro retardatione Literarum Apostolicarum* = resolutum fuit = *Affirmative* = seu ex quo in eisdem Literis mentio facta non fuerat præfati Rescripti Congregationis Episcoporum, et Regularium, vel ex quo nonnulli ex Confraternitatibus, et Patronis præfatis non consensissent hujusmodi erectioni, imo sub unica Decisione emanavit Sententia Rotalis; commissaque in gradu appellationis hujusmodi causa in eadem Rota, præviis duabus Decisionibus subinde emanatis, eadem Sententia Rotalis confirmata extitit: sed nihilominus ob interpositam iterum a Clero ejusdem Castri infra legitima tempora appellationem, Lis, et Causa hujusmodi ut pariter accepimus, adhuc pendet indecisa.

§. 5. Nos igitur exemplo illius, qui Auctor pacis extitit, pacem hujusmodi inter Fideles quoslibet, ex qua salus oritur animarum, conservare, ac diuturnis litibus, et controversiis finem imponere cupientes, ad preces etiam præfati moderni Archiepiscopi Firmiani, attenta ejus super his favorabili informatione, nec non attentis magni momenti causis ab eodem Archiepiscopo sua Epistola Nobis expositis, attentaque ratihabitione, seu etiam nova præstatione consensuum a præfatis Confraternitatibus novissime habita, ac etiam attentis gravissimis expensis per Clerum præfatum pro sustinenda earundem Literarum validitate submi-

Vicarius Generalis Firmi Literis super erectione Collegiatæ executionem dandam esse decernit, nonnullis tantum reservationibus factis.

Sacrae Rotæ Tribunal Sententiam Vicarii Generalis Firmi revocat.

Pontifex suo motu proprio advocat ad se litem et causam, sententiamque Vicarii Generalis confirmet.

Contra decretum Vicarii Generalis Firmi recurrunt nonnulli Confratres ad Sacram Congregationem Episcoporum, et Regularium.

Sacra Congregatio recurrentium precibus obsecundat inhibendo Collegiatæ erectionem.

nistratis, aliisque de causis animum nostrum moventibus, litis, et causæ hujusmodi in præfato Auditorio pendenti statum, et merita, nominaque, et cognomina, ac qualitates Judicum, et Collitigantium, et alia quæcumque etiam specificam, et individuum mentionem, et expressionem requirentia, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, MOTU PROPRIO non ad alicujus Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine Litem, et Causam hujusmodi ab eodem Auditorio ad Nos Apostolica auctoritate tenore præsentium *avocamus*, illasque penitus, et omnino *supprimimus*, et *extinguimus*, *perpetuumque desuper silentium imponimus*, ac Sententiam ejusdem Vicarii super executione præfatarum Literarum Apostolicarum, ut præfertur, emanatam, ad hoc, ut eadem Literæ Apostolicæ suæ debitæ executioni demandentur, approbamus, et confirmamus, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, inconcusse adimpleri, et observari mandamus.

Decretum irritans.

§. 6. Nec non easdem Literas Apostolicas quocumque prætenso subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio minime obstante, Apostolica Auctoritate præfata *revalidamus*, easque in pristinum, ac eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum restituimus, reponimus, et plenarie reintegramus: Decernentes easdem præsentibus Literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet ex oppositoribus præfatis, etiam specifica, et individua mentione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad id vocati, et auditi, minusque causæ propter quas ipsæ præsentibus Literæ emanaverint, justificatæ, et verificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore Juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel jus, aut interesse habentium, consensus, aut quolibet alio, quantumvis substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specificam, et individuum mentionem, et expressionem requirente, defectu, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum

aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, seu quavis occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, et privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostræ hujusmodi, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, an ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus eas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, et terminos Juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, vel impetrato, quempiam uti, seu se juvari posse: neque ipsas præsentibus Literas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, et Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac Sedem Apostolicam etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, similibus etiam consistorialiter, ac alias sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam si de eisdem præsentibus Literis, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, pro tempore factis, et concessis, ac faciendis, et concedendis, comprehensas, sed semper et omnino ab illis exceptas, et quoties illæ emanant, toties in pristinum, et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data, per quoscumque ad quos pro tempore spectabit quodcumque eligenda, concessas, validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere.

§. 7. Sicque, et non alias in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici prædicti Auditores, ac præfata Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, et quoslibet alios

Clausula subblata.

quavis auctoritate, potestate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes in quavis causa et instantia, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate, et potestate, iudicari et definiri debere, irritum quoque et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et insuper Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Firmano, et Episcopo Maceratensi, ac Dilecto Filio Causarum Curiae Camerae Apostolicæ Generali Auditori moderato, et pro tempore existentibus Executoribus Apostolicis per præsentem committimus et mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios præsentem Literas, et in eis contenta quaecumque, ubi et quando expedierit, ac quoties pro parte cuiusvis in his interesse habentis desuper requisiti fuerint, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant Auctoritate Nostra præsentem Literas, et in eis contenta huiusmodi firmiter observari, ac singulos, quos eadem præsentem Literas concernunt, illis pacifice frui, et gaudere.

Censuræ irrogatæ contra oppositores.

§. 8. Non permittentes, ipsos, aut eorum aliquem desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari, contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris et facti remedia, servata tamen forma Concilii Tridentini, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententiis, censuras, et pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, reagravando, interdictum Ecclesiasticum apponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris de jure quæsito non tollendo, et quibusvis aliis Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac piæ memoriæ Bonifacii PP. VIII. etiam Prædecessoris Nostri de una, et Concilii Generalis de duabus Dietis, dummodo intra tres Dietas aliquis vigore præsentium ad iudicium non trahatur, cæterisque Apostolicis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibus, generalibusque Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, et ordinationibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis quibusvis Superioribus, et personis per quoscumque Ro-

manos Pontifices Prædecessores Nostros quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis, tenoris specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita, et peculiaris forma ad hoc servanda foret eorum tenores eisdem præsentibus Literis pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis, habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, et singulorum effectum, hac vice dumtaxat, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse harum serie derogamus, ac derogatum esse volumus, et etiam declaramus, contrariis quibuscumque.

Transumptorum Fides.

§. 10. Volumus autem, quod eorundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici signatis, seu subscriptis, et sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem ubique fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus Literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrarum perpetuæ avocationis, suppressionis, extinctionis, silentii impositionis, approbationis, confirmationis, mandati, revalidationis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, decreti, derogationis, declarationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Octavo, Quarto Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Primo.



## XIV.

Dat. pridie  
Kalend. Octo-  
bris 1758 An-  
no L

Constitutio super Immunitate Ecclesia-  
stica locali, et forma extractionis Reo-  
rum e locis immunibus in Ditionibus  
Comitis Palatini Rheni Sac. Romani  
Imperii.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei  
Ad perpetuam Rei Memoriam.

Proemium

§. 1. **I**nter graviores Apostolicæ sollicitudinis curas hanc etiam semper suscipiendam merito consuerunt Prædecessores Nostri Romani Pontifices ut et Ecclesiarum sacrarumque Locorum Immunitatem pro debito Divinæ Majestati honore tuerentur, et simul pravis perditorum hominum consiliis obstiterent ne Ecclesiastici confugii præsidio abutentes publicam, privatamque tranquillitatem, atque securitatem majori confidentia, et audacia turbare præsumerent. Itaque plura opportune censerunt tam super qualitate criminum quibus asylum apud Ecclesias, et loca sacra impunitatem nullatenus præstare voluerunt, quam super forma, et methodo, qua ejusmodi criminum reos ex loco immuni extrahi, et competentibus Judicibus ab pœnam tradi liceret; nunc generalibus editis legibus, nunc peculiaribus concessis indultis, prout alia, atque alia ratio, et temporum, et regionum, et morum postulare videbantur. Horum laudabilibus vestigiis insistendum Nobis esse reputantes, quum Sa: Me: Prædecessori Nostro Benedicto Papæ XIV. ex parte Dilecti Filii nobilis viri Caroli Theodori Comitis Palatini Rheni, et Sacri Romani Imperii Principis Electoris supplicatum fuerit, ut pro extrahendis e loco immuni, custodiendisque exceptorum criminum reis, pro subjectarum sibi regionum et locorum conditione, et exigentia certas providentias ab ipso, ejusque gubernii administris cum Ordinarii Ecclesiastici scientia, et assensu exogitatas probare, et suprema sua Apostolica Auctoritate per ipsius Caroli Theodori Ditionis tractum futuris temporibus observandas statuere dignaretur. Cumque præfatus Prædecessor moderni Nostri tunc sui, et Apostolicæ Sedis Nuntii ad tractum Rheni relationem, simulque ejusdem, et Venerabilis Fratris Episcopi Vormatiensis Vicariatus, in iis partibus constituti, sententias super iisdem audiendas sibi esse dæxerit, sed morte præventus ea, quæ

cogitaverat statuere, atque præscribere non valuerit.

§. 2. Nunc autem Nobis in Sede Beati Petri Divina voluntate constitutis, novæ porrectæ fuerint preces ejusdem Caroli Theodori Comitis, et Principis Electoris petentis, ut ad negocii hujusmodi definitionem, et terminationem, juxta modum judicio Nostro magis benevisum, procedere dignemur. Nos omnibus maturè perpensis, prædictamque Carolum Theodorum Comitem, et Principem Electorem de Catholica Religione, et Apostolica Sede optime meritum specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, ex certa scientia, et Apostolicæ Auctoritatis Nostræ plenitudine præsentium Literarum tenore decernimus, statuimus, et mandamus, ut pro reorum extractione e locis immunibus, eorumque parata assecuratione, et custodia in locis ejusdem Ditioni, ac Dominio subjectis infrascriptæ leges, et conditiones in posterum observentur, et pro constanti, et inviolabili norma habeantur.

§. 3. Et primo quandoquidem in Oppido, seu Civitate Manhemii erecta jam, et instructa reperitur quædam correctionis domus sub titulo, et invocatione Sancti Michaelis Archangeli, in eaque plures adsunt nuper constructi, apteque dispositi carceres, cum dictus Comes, et Princeps Elector certum aliquem ex hujusmodi carceribus ad infrascriptos effectus Ordinarii Ecclesiastici jurisdictioni addictum, et subjiciendum proposuerit; Nos hanc oblationem, et respectivè additionem, et subjectiorem approbamus, ita videlicet, ut per solemnem actum in forma juris valida fiat; exindeque carcer hujusmodi a cæteris distinctus, utpote carcer Ecclesiasticus, atque a Laicali potestate exemptus, et immunis Diocæsani loci Vormatiensis nimirum Episcopi, ejusque Vicariatus jurisdictioni, et auctoritati omnino subjectus sit, et habeatur, ejusque carceris custodes, et ministri in his, quæ ad hujusmodi custodiam, et ministerium pertinent, non quidem Laicalibus Magistratibus, Judicibus, et Tribunalibus, sed dicto Episcopo, ejusque officio, et Vicariatus omnino parere teneantur.

§. 4. Cum autem contigerit, delinquentem quemlibet Laicum ad Ecclesiam, aliumque locum immunem in prædicti Caroli Theodori Comitis, et Principis Electoris ditione constitutum confugere, si quidem is publica voce, et fama reus arguatur hujusmodi cri-

Preces porrectæ fuerunt Benedicto XIV a Theodoro Com. Palatino quoad extractionem reorum a locis immunibus, sed Pontifex, nondum data responsione, fuit morte præventus, adeoque nunc renovatæ.

Mandatur, quod in Civitate Manhemii quædam sint domus correctionis ordinarii Ecclesiastici jurisdictioni subjectæ, et a laica potestate exemptæ.

Rei, quibus denegatur immunitatis præsidium, extrahantur a Ministris Curie Laicalis, præeunte facultate Ecclesiasticæ potestatis in scriptis concedenda.

minis, cui juxta Canonicas sanctiones, et Apostolicas Constitutiones Ecclesiasticæ Immunitatis præsidium denegatur satis id fore, et esse declaramus, ut ad illius extractionem procedatur per Ministros Curia Laicalis prævia tamen semper licentia, seu facultate in scriptis obtinenda, et concedenda a Superiore Ecclesiastico, seu ab alia persona ad id, ut infra, deleganda, et cum interventu, et præsentia Ecclesiasticæ personæ per eundem Superiorem, seu alium ad id delegatum deputandæ ad hoc ut extractio hujusmodi cum debita modestia, et sine populi scandalo perficiatur.

Designantur Ecclesiasticæ personæ quæ secundum varias contingitias jus est extrahendi reos a loco immuni, licentiam impertiri, et normæ servandæ in istis concedendis licentiis designantur.

§. 5. Itaque quibus in locis residet Episcopus, vel ejus Vicarius, seu Officialis Generalis, ab ipso omnino memorata extrahendi rei licentia petenda, et obtinenda, simulque ab ipsis designanda erit Persona Ecclesiastica, quæ peragendæ extractioni intersit, quibus autem in locis nec Episcopus residet, nec ejus Vicarius, seu Officialis Generalis licentia hujusmodi concedi, et deputatio fieri respective debebunt a Vicariis Foraneis, hisque deficientibus a Parochis locorum, quos scilicet Vicarios Foraneos, atque Parochos Episcopus semel in conferendo simili eorum officio, vigore specialis facultatis sibi ab Apostolica Sede, et a Nobis per præsentem tributæ, ad hujusmodi licentias concedendas, deputationesque faciendas irrevocabiler delegabit. Ipse vero Episcopus, ejusque Generalis Vicarius, seu Officialis, dictique respective Vicarii Foranei, et locorum Parochi, ut supra, delegati quoties fuerint a Curia Sæculari requisiti, et statim ac intellexerint, eum, qui ad Loci Sacri immunitatem confugit de crimine excepto insimulari, non alio requisito ad id argumento, seu indicio quam quod exurgit ex ipso confugio in locum immunem cum publica aliqua patratæ delicti fama conjuncto, nulla interposita mora, licentiam prædictam in scriptis concedere, ac Personæ Ecclesiasticæ deputationem respective peragere debebunt; hac tamen lege, ut si extractio rei, sola Vicarii Foranei, aut Parochi auctoritate fiat, de ea quamprimum certior reddatur Episcopus, vel ejus Vicarius Generalis.

Extractione sequuta, cognoscendum est tantum ab Episcopo utrum crimen ad casum exceptionis pertineat, ante

§. 6. Hujusmodi autem Reum e loco immuni, præmissa ratione extractum, ad Ecclesiasticum carcerem superius designatum illico deducendum, ibique custodiendum fore decernimus nomine Ecclesiastico, et sub omnimo-

da dispositione Episcopi quoad usque idem Episcopus, vel alius ab eo ad id deputatus de indicis a Sæculari Curia allatis satis cognoverit, et sententia sua in scriptis proferenda declaraverit constare, aut non constare de crimine excepto, et si quidem pronunciarit constare, debet Ecclesiasticus Judex hujusmodi Reum Curia Sæculari libere tradere, addita consueta protestatione, de qua in Cap. Prælati de homicidio in Sex. Contra vero si contingat eundem pronunciarit, non constare de crimine excepto, Reus jussu Episcopi ad locum immunem, unde eductus fuerat, omnino restituendus erit.

quam Curia Sæculari tradatur.

§. 7. Hanc denique Nostram, et Sedis Apostolicæ indulgentiam, sive concessionem semper quoad solos Laicos, nunquam vero quoad Clericos, et Ecclesiasticas Personas, quæ præter immunitatem localem personalem quoque immunitatis privilegio gaudent, factam datamque intelligi volumus, atque ita religiose servari, et custodiri mandamus, et quidquid secus, ac contra superius descriptam formam in præjudicium Ecclesiasticæ Immunitatis fuerit attentatum, ex nunc irritum prorsus, et inane, nulliusque roboris, vel momenti esse, et fore; contrafacientes autem, et aliter attentantes, censuras, et alias pœnas a Sacris Canonibus, et Constitutionibus Apostolicis adversus violantes jurisdictionem, et immunitatem Ecclesiasticam inflictas incurrere decernimus, et declaramus.

Hæc concessio quoad Laicos tantum data intelligitur minime vero quoad Ecclesiasticas personas sub censurarum pœna.

§. 8. Præsentem demum Literas, et in eis contenta hujusmodi omnino valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus in locis prædicti Caroli Theodori Comitum, et Principis Electoris dominio subjectis sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit plenissime observari: Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales de Lateræ Legatos, et Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosque quoslibet quavis præminentia, et potestate fungentes, ac functiones, sublata eis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere volumus, et decernimus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 9. Non obstantibus quibuscumque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel speciali-

Contrariis derogat.



bus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, et Locorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, stylis, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus privilegiis, quoque indultis, et facultatibus sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam motu proprio, seu scientia, et potestatis plenitudine similibus, vel alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: Quibus omnibus et singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus.

Transumptorum fides.

§. 10. Volumus autem, ut elapsis triginta diebus postquam præsentis literæ per Dominium, et Ditionem prædictas per Ordinarios locorum publicatæ fuerint, omnes et singulos in Dominio et Ditione prædictis existentes perinde arceant, ac si unicuique eorum personaliter, ac nominatim intimatæ fuissent, utque earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum approbationis, facultatum, impertitionis, declarationum decretorum, mandatorum, derogationum, et voluntatum infringere, seu eidem ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo: Pridie Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

## XV.

Oratio habita in Consistorio Secreto qua Pontifex Carolus Rezzonicus ex Germano Fratre Nepotem a Supplicibus Libellis jam Præfectum, Cardinalem nominat. Datum die 2 Octobr. 1758. Anno I.

Venerabiles Fratres

§. 1. **E**xploratum fore omnibus arbitramur, Vobis vero potissimum, qui nostram vivendi rationem propius aspexistis, quam sincere cogitabamus, absolutis Comitibus, ad oculos nostras cito reverti, quas nimirum regere, ac pascere in amore solum, atque in deliciis erat, ab eorum, quæ postmodum evenerunt, vel remotissima suspitione prorsus alieni.

Proemium

§. 2 Ad tantæ Dignitatis fastigium evectos prima illa subiit cogitatio ut Consiliarios, Administros, Familiares, atque Domesticos adlegeremus, quos magis nostro regimini prodesse censuimus. Fratris vero Filium Romam non adscivimus, sed Romanæ Curie Prælati cum jamdiu adscriptum adinvenerimus, quem nempe Sanctæ Recordationis Benedictus Decimus Quartus Prædecessor noster per varios Magistratum gradus eo perduxerat, ut in Apostolicæ Cameræ subselliis jam sederet, variis non incuriose functum muneribus, ut Nobis solatio, ac adjumento foret a supplicibus Libellis nominavimus.

Pontificis Nepos Rom. Curie Prælati jamdiu adscriptus variis fuerat functus muneribus.

§. 3. Equidem diffiteri non possumus, paterna nos illum semper charitate complexos, cujus videlicet adolescentiæ custodes, inspectoresque solliciti fuimus, ut non tam bonis artibus, quam Christianæ Pietatis disciplina sedulo imbueretur: neque, Fratres Venerabiles, celabimus, incredibili gaudio exultasse cor nostrum, ubi eum nonnullis ab hinc annis Patavium nos convenire vidimus, et quamvis nata major esset, fervidis precibus exorare, ut sibi liceret, se totum Ecclesiæ Ministerio mancipare, nihilque ardentius cupere, quam ut manus sibi imponerentur, et Sacerdotali Ordini accenseretur, quod quidem eo lubentius præstitimus, quod solum Deum ejus consilii auctorem novimus, cui propterea domus nostræ primitias offerre jucundissimum accidit.

Licet natu maior Sacerdotali ordini accenseri ex orat.

§. 4. Quænam hactenus fuerit vitæ illius institutio, num ad virilem, quam modo egit ætatem ita creverit, profeceritque, ut neque Domino, neque hominibus displiceret, scire Vos melius

Anteactæ vitæ ratio laude dignissima.

existimamus, qui prope intuebamini, quam Nos, qui procul audivimus! Deo autem, unde bona profluunt omnia de suis donis gratias agentes, eum Christianæ Pietati valde proclivem, suisque muneribus adimplendis haud segniter incumbentem accepimus.

Patrum Cardinalium consilio, et voto in Sacrum Collegium cooptatur.

§. 5. Accesserunt quoque nonnullorum vestrum consilia, et vota, ut illum in Sacrum Cardinalium Collegium fidenter cooptaremus: Equum id nobis visum fuit; quare in Consistorio diei undecimæ Mensis proxime elapsi eum creavimus Cardinalem, et justis de causis, in pectore reservavimus, nunc autem eundem Carolum Rezzonicum Nostrum ex Germano Fratre Nepotem palam evulgare, et declarare constituimus.

Quid vobis videtur?

Auctoritate etc.

Declaramus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem Carolum Rezzonicum, cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis ac opportunis.

In nomine Patris etc.

XVI.

Datum die 2 Octob. 1758 Anno I.

Narrat, Jacobum Tertium magnæ Britanniæ Regem ab eo postulasse, ut natum suum Henricum Ducem Eboracensem jam Cardinalem ad Episcopatum proveheret.

Venerabiles Fratres

Preces porrectas, a Jacobo Tertio Magnæ Britanniciæ Rege.

§. 1. **P**ostulavit a nobis Garissimus in Christo Filius Noster Jacobus Tertius magnæ Britannicæ Rex, ut natum suum Henricum Benedictum Mariam Clementem Ducem Eboracensem dilectum pariter Filium nostrum Cardinalem Presbyterum Sanctorum Duodecim Apostolorum, quem Christianæ pietatis studiis, summopere incensum, sanctæque memoriæ Benedictus Decimusquartus Prædecessor noster Cardinalitia Purpura insignivit; ac subiinde per omnes Sacrorum Ordinum gradus ad Sacerdotium usque perduxit, manuum nostrarum impositione ad Episcopatum modo proveheremus, cujus quidem desiderio, etsi pro sincera in eum voluntate morem gerere cupiebamus, nihilominus tamen priusquam certi quidquam statureremus; rem hanc mature perpendendam suscepimus.

Ostendit neque incongruum, neque

§. 2. Ac primum quidem laudatus Prædecessor Noster datis literis

ad dilectum filium nostrum Cardinalem de Lanceis tunc temporis Diaconum, luculenter ostendit neque incongruum, neque insolitum esse, si quis Cardinalitia dignitate præfulgens, justa, et legitima causa interveniente, ad Episcopalem gradum promoveatur, quamvis etiam alicui Ecclesiæ sub infidelium tyrannide adhuc gementi præficiatur. Cum enim Carissimus in Christo Filius noster Emanuel Sardinicæ Rex magnam Eleemosynarium, seu Regalis Aulæ Cappellanum majorem, illum designavisset, rogaretque propterea ut Episcopus quoque nuncuparetur, purpureo jam donatum galero, Nicosiensi Archiepiscopatu præposuit, ut ab eo, quem Sardinicæ Reges uti proprium Antistitem habent, tamquam ab Episcopo Sacramenta peterent.

insolitum esse, quod quis Cardinalitatis honore præfulgens ad Episcopatum promoveatur.

§. 3. Quibus inspectis non absimilem Causam nos quoque in præsentibus circumstantia rati sumus advenisse, quoniam Cardinalis Dux Eboracensis Vaticanæ Basilicæ Archipresbyteratus gerit, ubi secundum antiquissima privilegia per Romanos Pontifices Antecessores nostros eidem concessa, ac nuperrime a sæpius memorato Benedicto Decimoquarto firmata, quotiescumque Episcopali characterem habere potest, ac debet Sacra conficere Olea in feria quinta majoris hebdomadæ, et confirmationis Sacramentum conferre in subsequenti Octiduo ad natalitia Festa Sanctorum Apostolorum Petri, ac Pauli: secus vero tenetur Episcopum aliquem designare, qui hæc nomine suo perficiat.

Juxta consuetudinem Cardinali Eboracensi Vaticanæ Basilicæ Archipresbytero, utpote Episcopali characterem insignito facultatem concedit Vaticanæ Cleri ordinationes habere

§. 4. Quæ licet animum nostrum proclivem reddant, ut porrectis precibus annuamus, non idcirco tamen efficiant, ut Vaticanæ Archipresbyteratus officio Episcopalis Ordinis ministerium adnecti debere censeamus, atque velimus, quod nulli Prælato quamvis verum perfectumque territorium separatim habenti fuit unquam adnexum, neque Vaticanis Archipresbyteris adnectendum constituerunt iidem ipsi Romani Pontifices Antecessores nostri, qui tam eximiis privilegiis Vaticanam Basilicam honestarunt.

Vaticanæ Archipresbyteratus officio Episcopalis Ordinis ministerium necessario non adnectitur.

§. 5. Cum, igitur palam sit id, quod modo petitur, absonum ab hodierna Ecclesiæ disciplina non esse, hinc ipsi dumtaxat Cardinali Duci Eboracensi non duximus denegandum. Postulat enim piissimus Rex ad cuius vitæ solatium nihil est, quod facere magnopere non exoptemus. Postulat pro

Concludit petitionem denegari non debere.

Cardinali filio, qui terrenarum omnium rerum spe abjecta, se totum Ecclesiae ministeriis devovit, qui venerandam Beati Petri Apostolorum Principis memoriam adire, accolare in deliciis habet, atque inter Divinae illius Psalmodye concentus singulari exemplo versatur assidue, tantoque flagrat Sacras Cæremonias per se ipsum obeundi studio, ut id unum patiatur egerrime, invitum, nempe cogi, quæ Archipresbytero spectant Episcopalis Officii munia, aliis implenda mandare.

Cardinalis Eboracensis Archiepiscopus et Pastor præficitur Ecclesiae Corintiensi.

§. 6. Quare Corintiensi Ecclesiae in partibus infidelium existenti, quæ modo vacat, eundem Cardinalem Ducem Eboracensem in Archiepiscopum et Pastorem præficere constituimus.

Quid vobis videtur?

Auctoritate etc.

Providemus Ecclesiae Corintiensi de Persona dicti Henrici Benedicti Mariae Clementis Cardinalis, præficientes eum in Archiepiscopum, et Pastorem, cum retentione omnium et quorumcumque, quæ obtinet, ac indultorum quibus gaudet.

In Nomine Patris etc.

## XVII.

Datum die 1  
Octob. 1758.  
Ann. I.

Oratio habita in Consistorio secreto qua Pontifex sub Imperio Mariae Theresiae omnes Hungariae Reges Apostolicos in perpetuum vocat: subinde agit de Ecclesiasticis dissidiis cum Veneta Republica feliciter a semetipso compositis; tandem Antonium Marinum Priulum Episcopum Vicentinum, et Franciscum Joachimum de Bernis Cardinales creat.

*Litterae Pontificiae quæ Hungariae Regibus, Apostolici titulum elargitur, relatae superius sunt Num. V.*

Venerabiles Fratres.

Exordium.

§. 1. Si qui militari laude illustres Viri Sacrosanctam Jesu Christi Fidem adversus Christiani Nominis hostes robore animi, et virtute defenderint, iis Romani Pontifices eximios, et singulares plerumque arbitrati sunt decernendos honores; qui quidem si in privatis gloriosi sunt, multo magis in bellicosis nationibus, fortissimisque Regibus commemorantur, qui pro Christiana Republica strenue propugnando cum acer-

rimis, maximisque gentibus decertarint. Non igitur mirum, Venerabiles Fratres, si florentissimum Hungarorum Regnum Prædecessores nostri beneficiis suis, et honoribus sint subinde complexi. Summum enim, tum in ea Natione, tum in illius Regibus conservandæ Christianæ Religionis studium perspexere; præsertim cum iugruentem Turcarum potentissimam Gentem, et crudelissimam non tam mœnibus, quam objectu corporum suorum retardando, ab Hungariæ demum cervicibus depulsam multis, magisque cladibus eo redegerunt, ut suis contenta finibus parumper conquiesceret. Ejus belli gerendi egregius ille Joannes Hunniades Dux, et Administrator constitutus, maximis hostium exercitibus devictis, pluribusque partibus victoriis, eam adeptus est gloriam, cujus vel omnium sæculorum posteritas non erit immemor. Sed Joannis Capistranensis sanctissimi, et innocentissimi hominis qui vitæ commendatione apud eam gentem maxima auctoritate florebat, humiles apud Deum preces, supplicesque obsecrationes, Imperatorias fortissimi viri artes, militumque ardentem, erectamque virtutem plurimum adjuvabant. Ipse etiam sub Crucis vexillo ducebat milites, ut ad ejus Signi aspectum tacti, memoria illius Ligni, in quo Christi morte, humani Generis sancita est cum Deo Patre reconciliatio, divina ope, et quasi præsentis numine freti alacrius cum hoste manus consererent. Atque in ea re sæpe nobis in mentem venit, Silvestrum Prædecessorem nostrum, præsensisse in posterum, et futurum cogitatione quodammodo præcepisse, ut sub Crucis Signo Hungari militarent, acerrimeque cum inimicissima Sanctæ Crucis gente confligerent. Ille enim Hungarorum Ducem Stephanum, quem deinde in Sanctorum numerum relatum modo veneramus, et Regem appellavit, quod in illis Regionibus Christi fidem longe, lateque diffuderit, concessit, ut ante illum, omnesque, qui in Regno ei successerint, Sanctissimæ Crucis Signum Apostolatus insigne præferretur, cum prodirent in publicum.

§. 2. Ex illo tempore Hungarorum Reges Apostolici quandoque sunt appellati, privilegio, an consuetudine incompertum. Nos igitur qui carissimæ in Christo Filiae Nostræ Mariae Theresiae Hungarorum Reginae Apostolicæ, summum in Catholicam Religionem, et singulare studium, egregiamque in hanc Sanctam Sedem, pietatisque

Regnum Hungarorum semper Pontifices honoribus complexi sunt.

Hungarorum studium in defendenda Christiana Religione.

Commemoratio Joannis Capistranensis.

In signo Crucis Hungaricæ militiæ vincunt.

Unde evenit quod Hungarorum Reges ante se præferant Signum Sanctæ Crucis.

Ob Privilegium aut consuetudinem omnes Hungaricæ Reges Apostolicorum nomine appellantur.

plenam voluntatem perspectam habemus, et cognitam, et ejus appellationem confirmavimus, et tanquam in re integra eandem Mariam Theresiam, Regesque omnes, qui illi in Hungariæ Regno successerint, novo si sit opus beneficio, novoque ornamento decoravimus, Eamque, deinceps Regesque omnes Hungariæ, præclaro Apostolici nomine appellandos decrevimus, et mandavimus.

Ratio hujus concessionis.

§. 3. Hujus autem facti, et consilii nostri ratio proficiscitur, non modo ex Mariæ Theresiæ Apostolicæ Reginæ plurimis, magnisque virtutibus, neque ex eo tantum, quo inclita Hungarorum natio flagrat Christianæ Religionis defendendæ studio, sed etiam ex Austriacorum Hungariæ Regum, a quibus eadem Regina orta est, insignibus in Christianam Rempublicam, et immortalibus meritis, qui sæpe magnis illatis cladibus Turcarum fregere potentiam; nonnunquam etiam duriore conflictati fortuna, nulla tamen, vel magna plaga conciderunt, sed alti, et excelsi tantum ex suo ipsorum animo robur elicuerunt, ut Hungariam prope universam semel atque iterum ex immanissimi prædonis ore, et faucibus eriperent.

Ferdinandus Primus Hungariæ Rex Turcarum impetus repressit.

§. 4. Atque iis bellis omissis, quæ nostra, nostrorumque patrum memoria Hungariæ Reges adversus Turcas lacesiti gesserunt, illud omniium formidolosissimum libet commemorare cum ex improvise Turcis arma inferentibus subita ingruente formidine Ferdinandus Primus in Romanorum Imperatorem electus, idemque Hungariæ Rex, incredibili robore animi septus, ferocissimorum hostium sustinuit impetus; idque durissimis temporibus. Ante oculos maximæ hostium, et acerrimæ copiæ: fessa auxiliis suppeditandis Germania: hæreditariæ Provinciæ tributis exhaustæ: surdæ ad vocem petentis opem Principum aures. Itaque Ferdinandus quo se verteret non habebat; nam quod inferioris Austriæ Proceres, qui Vienne convenérant, se illi præsto esse dixerunt, nec de tributo recusare, si sibi profitendæ hæresis ab eo potestas fieret, iniquam conditionem aspernatus, nulla mutatione passus est Catholicæ fidei majestatem imminui. Itaque nullius auxiliis adjutus, et unius præpotentis Dei ope confisus, apud quem nulla est (1) distantia utrum in pau-

cis auxilietur an in pluribus, suo Marte, et quibus potuit copiis hostem adortus, ita debilitavit, et fregit, ut Tyrannus, qui una expeditione solitus erat maxima Regna conficere, minuta quædam oppidula plurium expeditionum suarum tulerit pretium, magnoque exiguum illud mercatus sit, quod de tam magno Hungariæ corpore paulatim decerpit. Illi igitur uni debetur, tantum a Christiana Republica amotum periculum, cujus invicta virtute, et incredibili magnitudine animi factum est, ut tanta, tamque atrox calamitas a cervicibus ejus Regni depelleretur.

§. 5. Cæterum pro comperto habemus, Carissimam in Christo Filiam Nostram Mariam Theresiam Reginam Apostolicam, ex omnibus honoribus, et beneficiis, quæ ab hac Sancta Sede in se sint profecta, nullum præstabilius existimare, quam quod hoc nomine sibi indito per nos adepta sit, quod nihil habeat ejus gloriæ, quam sæculi homines admirantur, sed humilitatem Apostolorum præferat. Novit enim ut enutrita (1) verbis Fidei, et bonæ doctrinæ nihil Christianis Principibus esse magnificentius, quam si quemadmodum amplissima fortuna, et maximis opibus, et potentia cæteris mortalibus antecellunt, ita moderatissimum quemque Christiana expetant humilitate anteire. Quam quidem inclitæ Reginæ Christianam lenitatem, humilitatemque cogitantibus, ipsa vere posse dicere nobis videtur, quod Regina Esther ad Dominum: Tu scis (2) quod abominer signum superbiæ et gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, et non portem in diebus silentii mei.

Laudatur Maria Theresia Reginae Esther comparata.

§. 6. Nostrum habetis factum Venerabiles Fratres, ejusque rationes, quæ fuerint in primis, quod Vos, pro æquitate vestra ac sapientia probaturos esse confidimus.

Conclusio istius partis.

§. 7. Superest, ut Vobis Venerabiles Fratres, consilium nostrum aperiamus de duobus lectissimis viris Collegio vestro adscribendis. In quo a Venetæ Civitatis Alumno Filioque ordiri volentes, necesse est, ut pauca de rebus Venetis perloquamur.

Consilium aperit de duobus viris Cardinalium Collegio adscribendis.

§. 8. Non ignoratis profecto quantum conquesta fuerit Veneta Respublica, ubi in ea Cardinalium creatione,

Cur in Cardinalium creatione Veneta a Bene-

(1) II. Paralip. XIV. II.

(1) I. Timot. cap. 4.

(2) Esther. XIV. 16.

dicto XIV præ-  
termissa fuerit.

quæ habita fuit a Prædecessore nostro die quinta Aprilis anni millesimi septingentesimi quinquagesimi sexti Filium Divi Marci, ut vocant, præteriri sensit: neque vos pariter latet per Apostolicum Nuncium, Pontificio nomine, redditum hoc fuisse Senatui responsum: Effluxisse jam novemdecim mensium spatium, a quo latum, promulgatumque ab eo fuerat Decretum diei septimæ Septembris anni millesimi septingentesimi quinquagesimi quarti Ecclesiasticæ libertati atque Apostolicæ Sedis auctoritati contrarium; quam ab causam, ut conceptum mœrorem ipse quoque ostenderet Summus Pontifex, Nationem Venetam prætermiserat.

Referuntur of-  
ficia Benedic-  
ti XIV ut Sena-  
tus decretum  
Ecclesiasticæ  
libertati atque  
Apostolicæ Se-  
dis auctoritati  
contrarium tol-  
leret.

§. 9 Non destitit interea Sapientis-  
simus Decessor Noster, qua precibus,  
qua salutaribus monitis instare, sæpius  
hortari amplissimum Senatuum, eique  
suadere, ut Apostolicæ Sedi quæ adver-  
sus decretum illud reclamare nunquam  
desiisset, aliquando re ipsa obsequeretur;  
quin imo, ut faciliorem paci sterneret  
viam, mitiora semper consilia  
præferens, suis quoque literis satisfac-  
tum fore ostendit, quotiescumque iidem  
ipsi, qui Decretum condiderant, tolle-  
rent ultro, vel emendarent. Ad id as-  
sequendum, vel saltem ad obtinendas,  
ut res amice componerentur, inducias,  
interposita fuerunt Summorum Princi-  
pum officia, iisque ad quatuor menses  
præstitutis, inita subinde fuit laboriosa  
tractatio, in qua singula Decreti capita  
difficili, ac longo discutiebantur exa-  
mine.

Alexander  
Octavus alias  
habuit differ-  
entias cum  
Veneta Repu-  
blica.

§. 10. Rebus adhuc, neque despe-  
ratis, neque compositis, moritur Be-  
nedictus, nobisque licet immerito, in  
ejus locum successis, illud ipsum con-  
tigit, quod Civi nostro Alexandro Octa-  
vo, qui aliis tum controversiis cum Ve-  
neta Republica dudum vertentibus, ad  
Summum Pontificatum evehctus fuit. In  
hac igitur Apostolica Sede locati, Deum  
enixis precibus oravimus, ut ea mien-  
ti nostræ suppeditaret consilia, quibus  
Nobis etiam daretur conciliare pacem,  
atque una simul Ecclesiasticæ Potesta-  
tis dignitatem sartam, tectamque tueri,  
quin vel minimum quidquam de  
Apostolicæ Sedis juribus detraheretur;  
atque id unum cupere Nos, rogare,  
ac velle ipsi quoque Venetorum præ-  
senti Oratori palam, privatimque testati  
sumus.

Narrat per Lit-  
teras Pontifi-  
cis ad senatuum  
decretum ex-  
tinctas.

§. 11. Priusquam vero Decessoris nos-  
tri obitu intermissâ tractatio resumeretur,  
oblatis interea paribus ad transigendum  
induciis, experiri statuimus, num

amica quadam, ac pene domestica, quæ  
Civem cum Civibus, Patremque cum  
Filiis agentem minime dedecet, scri-  
bendi ratione utentes, ad ea, quæ se-  
cundum Sacrorum Canonum præscripta  
petebamus, Venetorum Procerum ani-  
mos facilius flecteremus: Quamobrem  
privatis, ac familiaribus literis illos pa-  
terne, amanterque rogavimus, ut mo-  
ras omnes obrumpere, omnique dis-  
quisitione seposita, Decretum illud dis-  
sidiorum causam, tandem aliquando e  
medio tollerent; relicta interim Nobis  
solicitudinæ, corruptelis, si quæ irre-  
psissent, opportune, accurateque me-  
dendi; quod ipsi quidem gloriosum,  
nobis autem gratissimum evenisset; quin  
Reipublicæ majestati quidpiam sive dam-  
ni, sive dedecoris illatum vereri pos-  
sent, si, ubi rogatum, et quorum suf-  
fragiis perlatum Decretum fuerat, ibi-  
dem sponte abrogaretur, atque eorum-  
dem pariter suffragiis aboleretur. Qua  
in re neque a Benedicti Decimi quarti  
consilio, neque ab aliorum Prædeces-  
sorum Nostrorum exemplis, uti videtis,  
recessimus; possunt enim aliorum pla-  
cita reprobari, quin, et jure quando-  
que infirmari; retractari autem, ac re-  
vocari, non nisi ab ipsis auctoribus pos-  
sunt; quod in laudatis familiaribus li-  
teris ad Ducem, et Rempublicam datis  
innuimus. Summa hæc fuit literarum  
Nostrarum: Omnipotens, ac misericors  
Dominus votis nostris, effusisque preci-  
bus annuit: Incliti Cives amantissimi Ci-  
vis sui desiderio sunt obsequuti: Paren-  
tis simul, atque Pastoris audierunt vo-  
cem: veteris in Apostolicam Sedem pie-  
tatis, atque officii memores, majorum  
suorum Religionem erga Romanam Ec-  
clesiam sunt æmulati: sublatum illico  
Decretum, atque una simul consequen-  
tia quæcumque mandata, conscriptæ-  
que literæ ad urbium Rectores atque  
moderatores ne a pristino agendi more  
decederent.

§. 12. Æquum est igitur, ut ipsi  
quoque dilecti Cives, et Filii nostri con-  
suetas Apostolicæ benevolentia signifi-  
cationes modo persentiant. Itaque e cætu  
nobilium Virorum, qui Venetam Civi-  
tatem eximia virtutum fama illustrent,  
Ecclesiæque Dei egregiam operam im-  
pendunt, unum in hunc amplissimum  
Ecclesiæ Senatuum cooptare deliberavi-  
mus, nimirum Venerabilem Fratrem  
Episcopum Vincentinum, quem nata-  
lium nobilitas, morum integritas, Ec-  
clesiæque illius laudabilis administratio  
viginti annorum cursu comprobata, No-  
bisque præsertim, qui Pataviam Dic-

Antonius Ma-  
rinus Priulus  
Episcopus Vi-  
centinus, et  
Franciscus Jo-  
achimus De  
Bernis Cardi-  
nales creatur.

cesim Vicentinæ conterminam diu gubernavimus, frequenti relatione, cæterisque argumentis perspecta, commendant.

§. 13. Huic autem jungendum ducimus Ecclesiæ Gallicanæ nobile membrum, cujus nunc magnæ sunt partes in illius Regni administratione, magna apud Christianissimum Regem gratia; cujus propterea opem, et auctoritatem Sanctæ Memoriam Prædecessor noster, non solum in rebus turbidis ipsius Gallicanæ Ecclesiæ, sed etiam in aliis gravissimis Catholicæ Religionis, et Apostolicæ Sedis negociis expediendis, explicandisque, requirere consuevit, paratamque sibi, atque utilem sæpe expertus fuit; quemque proinde arctioribus in posterum vinculis Nobis, Ecclesiæque Romanæ adstrictum, majori etiam voluntatis studio pro Religionis causa incensum iri non dubitamus; et novo Dignitatis splendore fulgentem, in promovendis, et ad optatum exitum perducendis ejusdem Christianissimi Regis consiliis, quæ ad Sacerdotii jura conservanda, et restituendam Galliarum Ecclesiis pacem, et tranquillitatem spectare profitetur, majori cum fructu adlaboraturum fore confidimus.

§. 14. Ad laudem igitur Omnipotentis Dei, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ utilitatem, ac decus, intendimus ejusdem S. R. Ecclesiæ Cardinales creare Antonium Marinum Priulum Episcopum Vicentinum.

Franciscum Joachimum de Pierre de Bernis Ecclesiæ Lugdunensis Canonicum.

Quid Vobis videtur?

Auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorumque Apostolorum Petri, et Pauli, ac nostra creamus, et declaramus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales.

Presbyterum quidem

Antonium Marinum Priulum Episcopum Vicentinum; Diaconum vero

Franciscum Joachimum de Pierre de Bernis.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et oportunitis.

In nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

## XVIII.

Privilegia Cappellanis communibus  
Cappellæ Pontificiæ concessa.

*Eadem privilegia concessa fuere a Clemente XI. Const. edit. 1712. Decemb. 7., nec non ab Innocentio XIII. Constit. edit. 1721. Jan. 17., ut videre est in Bullario Mainardi.*

Clemens Papa XIII. Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Grata familiaritatis obsequia, quæ dilecti Filii Xaverius Brunetti Senogalliensis, Franciscus Feliziani Romanæ, Joannes Decj Soranæ, Petrus Paulus Nardini Alatrinensis, Deusdedit Vivaldi Hortanæ, Raphael Sindone Messanenensis, Felix Guidi Romanæ, Pastor Vivaldi Hortanæ, Camillus Bianchi Romanæ, et Franciscus Fabbri Ariminensis Civitatum, vel Diœcesum presbyteri moderni Cappellæ Nostre Pontificiæ Cappellani, familiares Nostri, Nobis, et Apostolicæ Sedi hactenus impenderunt, et adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt; nec non vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, quibus eorum personas tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum Virorum testimoniis juvari percepinus, Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Exordium in quo Cappellanorum nomina recensentur.

§. 2. Hinc est, quod Nos volentes illos specialibus favoribus, et gratiis prosequi, eosque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad supradictorum Xaverii, Francisci, Joannis, Petri Pauli, Deusdedit, Raphaelis, Felicis, Pastoris, Camilli, et Francisci, vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mæra Nostra deliberatione, ac certa scientia Apostolica auctoritate tenore præsentium Xaverium, Franciscum, Joannem, Petrum Paulum, Deusdedit, Raphaelem, Felicem, Pastorem, Camillum, et Franciscum prædictos, et illorum singulos in Nostros, et Se-

Concessio privilegiorum.

dis Apostolicæ Notarios recipimus, ac Sacri Palatii, et Aulæ Lateranensis Comitibus ( sine tamen Dilectorum Filiorum Notariorum de numero participantium præjudicio ) nec non Nobiles Romanos, et Urbis Romæ, omniumque et singularum Civitatum, Terrarum, et Locorum S. R. E. mediate, vel immediate subjectorum Cives creamus, et constituimus, ac in numerum, et consortium aliorum Nostrorum, et ejusdem Sedis Notariorum, nec non Palatii, et Aulæ hujusmodi Comitum, ac Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, et Oppidorum prædictorum referimus, et conscribimus.

Privilegiis etiamsi habitum non deferant donantur.

§. 3. Ipsosque, etiamsi habitum, et rochetum Notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranensis Concilii novissime celebrati non deferant, aut Civitates hujusmodi non incoluerint, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habuerint, ut nihilominus omnibus et quibuscumque privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, et indultis, quibus cæteri omnes Notarii Nostri, etiam de numero participantium, nec non Comitibus, et Nobiles, ac Cives originarii, etiam in Civitatibus, ac Beneficiorum ecclesiasticorum, et sæcularium, etiam ex personis Romanorum originariorum vacantium assecutione, et exercitio, tam in Civitatibus prædictis, ac alias ubique Locorum, et Gentium, nec non Sessionum, et Conventuum utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet, in futurum, non solum ad illorum instar sed pariformiter, et æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, et indulta pro ipsis emanassent ( citra tamen exemptiones a Sacro Concilio Tridentino sublatas ) itaut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subiaceant Ordinariis; ac facultates legitimandi, ad gradus promovendi, et Notarios, seu Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia a Notariis Sedis Apostolicæ, et Comitibus Palatinis prætensa, itaut illis supramemorati Cappellani Familiæ Nostri nullibi uti valeant, ac irritum, et inane existat, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, uti, potiri, et gaudere, ac in omnibus, et singulis Apostolicis, aliisque literis, instrumentis, et scripturis publicis, et privatis deinceps eorum nomine conficiendis, sese Notarios, Comitibus, et

Nobiles, ac de nobili genere ex utroque Parente procreatos, nec non Romanæ, et aliarum Civitatum Cives, ut libuerit, inscribere, et se illis subscribere valeant, ac pro veris, et non fictis Notariis, Comitibus, et Nobilibus, et Civibus habeantur, nihilque, qualecumque illud fuerit, cum iis expressionibus subreptitium, obreptitium, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus, et per omnia censeatur, concedimus, et indulgemus.

§. 4. Et super illos, eorumque Beneficia, et officia Ecclesiastica quæcumque, quotcumque, et qualiacumque illorum fructus, res, et jura ubicumque locorum, regionum, et provinciarum nec non in Urbe, Civitatibus, Terris, et Locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis consistentia, prædia, domos, possessiones, et bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, et immobilia, ac semoventia, nec non actiones, et jura præsentia, et futura cujuscumque qualitatis, quantitatis, et naturæ, et cujusvis etiam annui valoris, fructus, redditus, et proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque suarum usibus emenda ab omnibus, et quibuscumque decimis, quartis, et dimidiis partibus, subsidiis, etiam caritativis, nec non vectigalibus, portoriis, tributis, datis, et pedagiis, collectis, et quocumque alio nomine nuncupatis angariis, perangariis, cæterisque oneribus, et contributionibus tam urbanis, quam rusticis, ordinariis, et extraordinariis, realibus, et personalibus, ac mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, et pontium, portarum, ac moliturarum, et mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, et vecturæ etiam in aliud territorium, seu Provinciam, Terra, Mari, et Flumine, nec non equorum mortuorum, stabulationum Militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, et gravissima causa, pro subventionem contra Infideles dumtaxat excepta, nunc et pro tempore impositis; ita quod illi, et quilibet eorum, nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneantur, nec per Cameræ Apostolicæ, aut alios Commissarios, seu vectigalium, et tributorum hujusmodi Redemptores, Conductores, et Exactores quocumque privilegio, exemptione, et facultate suffultos alias, quam ut præfertur, valeant coactari, quamdiu servitiis Nostri in-

Eorum bona, et redditus ab omnibus vectigalibus eximit et liberat.

terint dumtaxat, eximimus, et liberamus.

Dispensatio.

§. 5. Ad hæc cum eisdem, ut quæcumque duo dissimilia, vel similia simplicia sub singulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut Dignitas etiam major, et principalis, Canonatus, et Præbenda, Personatus, Administratio vel Officium fuerit, et ad Dignitatem, Personatum, Administrationem, vel Officium huiusmodi consueverit quis per electionem assumi, eisque etiam cura jurisdictionalis imminet Animarum, si eis alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur; præsententur, aut alias assumantur ad illa, et instituantur in eis, recipere, et dummodo illa omnia, uno excepto, personalem residentiam non requirant, insimul, quoad vixerint, retinere, nec non etiam, quamdiu Nobis inservierint, tum in Beneficiis Ecclesiasticis, non tamen Parochialibus, vel curam Animarum Parochianorum habentibus, per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi Dignitates, in Metropolitanis, vel Cathedralibus majores, et in Collegiatis Ecclesiis huiusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per Locorum Ordinarios, seu Ecclesiarum earundem Capitula, aut quosvis alios ad residendum interim in illis invitati compelli possint, omnesque et singulos illorum Beneficiorum obtentorum fructus, et redditus, durante servitio prædicto, cum ea integritate, distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis, sive Locis personaliter residerent, percipere, exigere, et levare, proviso tamen per eos, ut onera eisdem Dignitatibus, et Beneficiis quovis modo incumbantia congrue supportentur.

Indultam docenti Leges ad quinquagesimum

§. 6. Nec non, etiamsi Presbyteri fuerint, ac Dignitates, et Officia obtinuerint, leges, et jura civilia etiam publice in Scholis, et Universitatibus Studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo iidem trigessimum ætatis annum non excesserint, audiri, ac, si habiles, et sufficientes reperti fuerint, etiam ad Doctoratus gradum in huiusmodi facultate se promoveri facere, ipsaque jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, et Procuratoris officium in causis

Bull. Rom. Tom. I.

ecclesiasticis, et civilibus tantum, exercere libere, et licite possint, et valeant, de specialis dono gratiæ despensamus.

§. 7. Liceat quoque ipsis et eorum, singulis aliquem idoneum, et ab Ordinario approbatum Presbyterum sæcularem, vel cujusvis Ordinis regularem, in suum eligere Confessorem; qui vita eis commite, eos, et ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, et per eos incursis, et quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, et Successoribus Nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, specialiter, vel generaliter reservata existat, et quorumcumque votorum, et Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manum violentarum in quasvis personas etiam Ecclesiasticas, (non tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, seu consiliis vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus, nec non recitationis horarum canonicarum, aliorumque Divinorum Officiorum, et denique ab omnibus, et quibuscumque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, ac delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes præfata merito consulenda foret, videlicet a contentis in literis die Cæniæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, et mortis articulo, in reliquis vero dictæ Sedi quomodolibet reservatis, aliisve quibusvis casibus, semel in anno confessionibus illorum diligenter auditis, sine tamen alicujus præjudicio, præfata auctoritate Apostolica absolvere, et illis, pro commissis, pœnitentiam pro modo culpæ injungere salutarem, nec non vota quæcumque, ultramarino, visitationis liminum BB. Petri, et Pauli Apostolorum (castitatis, et religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit.

Licentia eligendi sibi Confessarium.

§. 8. Ac etiam eisdem, eorumque singulis, ut quicumque Locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ tam in dicta Curia, quam extra eam; etiam ad id per eos, aut eorum singulos, coram Notario, et Testibus fide dignis eligendæ, quascumque pensiones annuas eis, et eorum singulis super Mensarum Abbatialium, seu Episco-

Indultum transferendi pensiones.



palium, aut Archiepiscopalium, et quorumcumque aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, et sine cura sæcularium, et quorumvis ordinum regularium, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani quomodocumque, et qualitercumque qualicatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus etiam quotidianis, seu illorum loco fructus, proventus, jura, obventiones, distributiones, et emolumenta sibi nunc, et pro tempore assignata, et reservata, quandocumque simul, vel successive, in toto, vel in parte, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera de eorundem Cappellanorum, vel cujuslibet ipsorum respective consensu, in toto vel in parte, etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassatae et extinctae fuerint, alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta hujusmodi, etiam usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis, etiam per eosdem Cappellanos, et eorum singulos nominandis, et quaecumque, quocumque, et qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus, seu clericali caractere insigniri volentibus, similiter eis, quoad vixerint, vel eorum legitimis Procuratoribus, eisdem modo, et forma, quibus eisdem Cappellanis assignatae, aut reservatae, vel assignati, concessi, seu concessa fuerint, etiam absque consensu, easdem pensiones, et fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, et emolumenta hujusmodi solvere debentium, etiam si pluries cassatae, et de novo assignatae fuerint, usque ad summam, et quantitatem præfatam, ac alias cum omnibus, et quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, et cautelis, ac etiam censuris, et pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, et contentis integre persolvere. servata tamen forma Constitutionis fel. rec. Innocentii PP. XI. Prædecessoris Nostri super translationibus pensionum editæ, reservare, constituere, et assignare.

Regulæ servandæ in pensionum translatione.

§. 9. Volumus autem, ac sub pœna nullitatis translationum hujusmodi districtæ præcipimus, quod respectu pensionum eis, et cuicumque eorum respective, ut præfertur, reservatarum, et assignatarum, seu reservandarum, et

quocumque tempore assignandarum super quibuscumque Cathedralibus, Metropolitanis, Monasteriis, etiam Consistorialibus, atque aliis quibusvis Beneficiis tam simplicibus, quam residentialibus, aut aliter quomodocumque qualificatis intra Urbem, ac Statum Ecclesiasticum, Nobis, et S. Sedi in temporalibus immediate subjectum existentibus, præfata transferendi facultas tum coram persona in dignitate Ecclesiastica constituta, tum coram Notario et Testibus ei, et cuilibet eorum respective ut supra impertita exerceri, aut expleri per eos, et quemlibet eorum respective nequeat, nisi favore dumtaxat illorum, qui vel ex eodem Statu Ecclesiastico, vel ex iisdem Regnis et Provinciis originem trahant, in quibus, et ipsi quoque Nostri, et S. Sedis in temporalibus Subditi promiscue cum Civibus, et Naturalibus dictorum Regnorum et Provinciarum ad pacificam tam Beneficiorum quorumlibet Ecclesiasticorum, quam similium pensionum possessionem admitti consueverunt.

§. 10. Nec non, ut iisdem Cappellani, et eorum quilibet de omnibus et singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, et locis, etiam jurisdictionalibus, cæterisque bonis immobilibus et mobilibus, quæ tamen non sint Altarium Ecclesiarum ipsis Cappellanis Nostri præfatis commissarum ministerio, seu alicui speciali earundem Ecclesiarum servitio, aut alias Divino cultui, vel usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, et conditionis existentibus, ac juribus, et actionibus ad eos ratione Ecclesiarum etiam Cathedralium, et Metropolitanarum, Monasteriorum, Prioratum, Præpositurarum, Dignitatum, et aliorum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, et sine cura sæcularium, quæ ex quibusvis concessionibus, et dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinuerint et obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, reddituum, et proventuum Ecclesiasticorum, loco pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus et proventibus eis reservatarum, et assignatarum, ac reservandarum et assignandarum, quos, et quas perceperint, et percipiunt, ac percipient in futurum, nec non emolumentorum quorumcumque Romanæ Curie Officiorum, ac alias quomodolibet spectant. et pertinent, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventi-

Testandi et quomodocumque disponendi facultatem indulget usque ad summam biscentum ducatorum.

bus, ac pensionibus annuis, nec non eorum industria ac labore quomodolibet, et undecumque, licite tamen acquisitis, et acquirendis, ac alias etiam de muneribus, et officiis quæ exercuerint, et exercere contigerit, et alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eosdem perventis, et perventuris, etiamsi in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant tam in dicta Curia, quam extra eam, ubique locorum, etiam penes Beneficia ipsa existentibus (quorum omnium qualitates, et veros annuos valores, etiamsi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, et suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, presentibus, ac si specificè et singillatim exprimerentur, et denotarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus,) ac etiam de ipsis proventibus, ac pensionibus debitis, et debendis, ac nondum perceptis et exactis, etiamsi eorum solutionis, aut perceptionis terminus nondum advenerit, pro illis debita erit (Constitutione declaratoria super fructibus, et pecuniis non exactis, quæ forsitan ad Successores in ipsis Beneficiis spectare et pertinere debeant, non obstante) etiam cumulative, cum quibusvis aliis similibus vel dissimilibus facultatibus habitis, et habendis usque ad summam ducentorum ducatorum auri similium dumtaxat, tam pro decentibus et honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum qui eis viventibus inservierint etiam ultra servitii meritum, ac in ipsorum Consanguineorum, et Affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, et usum, et alias pro eorum arbitrio et voluntate absolutis, testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam causa mortis, et aliis quibuscumque modis et titulis, scriptura etiam minus solemnè, etiam coram duobus, vel tribus Testibus, aut etiam schedula eorum manu scripta, vel subscripta, ac alias in omnibus et per omnia, prout et quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa Curia (non tamen extra residentiam) etiam in mortis articulo, et non facta mentione presentis, vel aliarum eis pro tempore concessarum similiarum facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velint, et intendant, semel, atque iterum, et pluries disponere, statuere et ordinare, itaut quidquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias ab ipsis dispositum

fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, servari omnino debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata et statuta etiam pluries, et toties, quoties eis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, et alia de novo concedere etiam licere, et licite valeant, plenam et liberam concedimus facultatem.

§. 11. Statuentes nihilominus, et ordinantes, eisque pariter indulgentes, quod si contigerit ipsos ab intestato, et sine ulla, vel cum minus valida bonorum, ac rerum, et fructuum, reddituum, et proventuum prædictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, ac etiam extra sua Beneficia, aut alia loca debita ab eis residentia personalis, etiam nulla subsistente causa ab humanis decedere, omnia, et singula illorum bona, res et jura, etiam, ut præferatur, qualificata, nec non spolia pro dicta summa, etiam ex prædictis, et alias undecumque provenientia, ad Cameram Apostolicam, seu in dictis Beneficiis Successores non pertineant, sed ad Hæredes sanguinis eorumdem integre deveniant, et illis deficientibus, inter eorum Familiares arbitrio personæ, seu personarum, quas ad id scripto nominaverint, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione eorumdem, scriptura etiam minus solemnè secus appareret, quam tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii Judices, seu Exequutores omnino exequi et adimplere, illique sese conformare in omnibus et per omnia debeant, et nihilominus, quæcumque hujusmodi testamenta, donationes, legata, dispositiones, et alia forsitan alias ab ipsis, etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffultis, de hujusmodi bonis, juribus, actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem Consanguineorum, et Affinium prædictorum, et alias quomodolibet facta, cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per ipsos in futurum quomodolibet fient, ex nunc, prout ex tunc, et e contra, pro dicta summa ducentorum ducatorum dumtaxat, approbamus et confirmamus, omnesque et singulos juris, et facti, ac solemnitarum omissarum et omitterendarum, nec non substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint in iisdem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis et spe-

Etiam in casu decessus ab intestato, ad hæredes legitimos deferri, usque ad præfatam summam bona permittit.

cifica de ipsis mentio habenda esset, supplemus.

Clausula sublatæ, et decretum irritans.

§. 12. Non obstantibus præmissis, ac Lateranensis Concilii novissime celebrati, de certo Notariorum numero, etiamsi ad illum nondum devotum fuerit, cui per hoc alias derogatum non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, et quibusvis aliis etiam per Nos, et Sedem prædictam quomodolibet editis, et in futurum edendis Cancellariæ Apostolicæ Regulis, et stylo in similibus hactenus servato, et præmem. Alexandri PP. VI. Prædecessoris etiam Nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Camerae prædictæ deberi inter alia disponente; nec non ejusdem memorie Bonifacii PP. VIII. etiam Prædecessoris Nostri, per quam, concessiones de fructibus in absentia percipiendis, sine præfinitione temporis, fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, et quibusvis aliis Apostolicis, ac in Universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Legibus Imperialibus, et aliis etiam Municipalibus, tam Urbis, quam quarumvis aliarum Civitatum, et Locorum, in quibus Cives originarii creati sunt, ac quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, et Hospitalis prædicti, nec non quorumvis Collegiorum, et Officiorum dictæ Curiae, ac Regnorum, Provinciarum, et Urbis, ac aliarum Civitatum et Locorum, ac prædictæ Camerae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, etiamsi de illis servandis, et non impetrandis Literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo, ipsi Cappellani per se, vel eorum Procuratores præstiterint forsitan hactenus, vel in posterum eos præstare contigerit, juramentum; privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, Hospitali S. Joannis Hierosolymitani, illorumque Præsulibus, seu Administratoribus, et Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam Antianis, Capitulis et Conventibus, Civitatibus, et Locis, aliisque personis etiam particularibus, nec non Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Locorum Ordinariis, etiam ejusdem S. R. E. Cardinalibus, ac dictæ Camerae Officialibus, illorumque Col-

legiis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, irritantibus et aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Nos, et Sedem prædictam, etiam Consistorialiter, etiam de ejusdem S. R. E. Cardinalium consilio, ac per modum statuti, et constitutionis perpetuorum, ac motu, et scientia paribus, deque Apostolica potestatis plenitudine, ac ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, et aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis et innovatis, et in posterum concedendis, confirmandis et innovandis, etiamsi in illis, ac statutis et stabilimentis prædictis caveatur expresse, vel tacite, quod Urbis, nonnisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorundem filijs, aliarum vero partium Beneficia, nonnisi per personas illustres, seu nobiles, ac etiam originarios Cives, aut alias certo modo in illis expresso qualificatos obtineri, aut conferri respective possint, et nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, et Locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possit, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, et Locis per certum tempus habitaverit, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsitan ad certum valorem ascendente possideat, quodque Præceptoris, et alia Beneficia quæcumque dicti Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositione non in titulum perpetuorum Beneficiorum conferri, sed in Commendam ad vitam Commendatariorum revocabiliter concedi debeant, ut sic pensionibus Ecclesiasticis, sæcularibus, aut aliis personis Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, et privilegiis prædictis, etiam vigore clausulæ implicitæ derogationis latissime extendendæ, etiam per quascumque Literas Apostolicas, et quasvis etiam derogatoriis derogatorias, efficacioresque, et insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio dictorum Cardinalium fiat, et tunc demum ad id Magistri et Conventus præfatorum expressus accedat assensus, sintque literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum Magistrum sub-

scriptæ, ac ei, et prædicto Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, et non alias, nec alio modo, et semper in hujusmodi literis, quæ sic fient, etiam de simili consilio derogationis sit apposita clausula, quod illorum effectum sortiantur de consensu Magistri, et Conventus prædictorum, et non alias, aliter, nec alio modo.

Contrariis derogat.

§. 13. Quibus omnibus, et eorum singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, ac in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicitæ derogationis in rescripto, etiam Motu proprio emanato, apposita, aliter in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore, et firmitate permansuris, hac vice dumtaxat harum serie in genere, et in specie, ad effectum præmissorum specialiter, et expresse motu, et scientia similibus derogamus, et derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 14. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides, tam in Judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, et adhiberi posset, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Obligatio professionis fidei faciendæ.

§. 15. Quodque prædicti, antequam gratia creationis in Notarios perfrui valeant, in manibus alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, professionem Fidei juxta articulos pridem a Sede prædicta propositos emittere, et solum fidelitatis juramentum præstare omnino teneantur, et quilibet ipsorum teneatur. Cæterum volumus pariter, atque decernimus, ut, si cui ex supradictis Cappellanis similes testandi de bonis, ac pensiones transferendi facultates ab aliquo Romano Pontifice Prædecessore Nostro, cui simile Cappellani ministerium præstiterit concessæ fuerint, præsentibus literæ illi, quoad facultates testandi de bonis, et transferendi pen-

siones hujusmodi, minime suffragentur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Novembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

### XIX.

Epistola ad Ludovicum Francorum Regem qua illum excitat ad Religionis hostes profligandos.

Datum die 15. Nov. 1758. Ann. I.

*Sæpe Romani Pontifices Catholicos Principes adorti sunt, ut eorum armis Christianæ Republicæ securitati contra infideles prospicerent; exemplum, cæteris missis exhibet Clementis XI. Constit. edit. 1716. Nov. 7. §. 1. videnda in Bullario Mainardi; videnda etiam Epistola Pontificia, quæ hic sequitur.*

Carissime F.

§. 1. Quod Nos in suprema Apostolorum Principis Cathedra prorsus immerenter constitutos magis præcæteris discruciat, et angit, illud sane est, quod undique Sacram Petri Navim, Catholicam nempe Ecclesiam, fluctibus, ac tempestatibus jactatam conspiciamus. Quo magis vero in hac meditatione, prout Apostolicum Ministerium a nobis exigit, animum, mentemque nostram exercemus, eo magis dolor Noster renovatur, et augetur. Quantum vero sollicitos, et anxios Nos detineant asperirmi belli, quod tam diu ardet, vicissitudines, non possumus satis aptis verbis explicare. Hinc propriis quasi oculis spectare videmur gravissimas calamitates, quas Provinciæ florentissimæ Catholicis Principibus, ipsisque Episcopis in Germania subjectæ, magno tum Religionis, tum Ecclesiasticæ Disciplinæ detrimento pertulerunt, et in dies perferre non desinunt. Illinc nos majorem in modum terrent, atque conturbant iniquissima consilia, quæ inter A catholicos Principes agitari accepimus. Temporalium quidem ditionum controversias bello huic tantummodo causam dedisse omnino constat; ast eodem nihilominus abutuntur Principes illi, ut falsum zelum ostentent falsissimæ Religionis. Re autem vera nihil aliud in votis habent, nil aliud spectant, quam ut conculcatis Catholicorum rationibus, ipsi vicissim viribus, et auctoritate in Imperio

Suum dolorem significat ob Ecclesiæ pericula.

magisque prævaleant: Imperii porro systema, legesque se tueri undique gloriantur. Secretis interim novi fœderis conventionibus insidias moliri non erubescunt adversus Ecclesiasticos Germaniæ Principes, qui inter Imperii status primum semper locum obtinuerunt, atque apertissima Ecclesiarum jurâ impetere præsumunt, quæ ipsis quoque factentibus, sacratoribus nituntur tum Divinis, tum humanis legibus, atque ipso systemate Imperii constabiliuntur. Magnopere quoque verendum Nobis est, ne cum de generali pace tractanda agi cæperit, omnem moturi sint lapidem, ut rata habeantur magisque obfirmantur indebita illa vincula, quibus vel per insidias, vel per apertam vim jugiter coaretare student facultates, et libertates, quæ in tutamen, ac profectum veræ Religionis, ipsis quoque infelicissimis temporibus præservatæ, et solemnibus conventionibus fuerint confirmatæ.

Catholicorum Principum zelum, et potentiam implorat.

§. 2 In hac igitur amaritudine nostra amarissima, postquam solemnibus, et privatis precibus potentissimum Regis Regum auxilium imploravimus, Nos convertimus ad validum illud præpotensque præsidium, quo Deus Ecclesiam suam communiavit, Catholicorum nimirum Principum zelum, atque potentiam. Præsertim vero ad Te, carissime in Christo Fili Noster, cûras, ac sollicitudines Nostras deferimus. Tu enim inclytum Primogeniti Ecclesiæ Filii Titulum præclara nominis Tui laude, et gloria sustines, et illustras. Te Ecclesiastici Germaniæ Principes sponsores simul agnoscunt, validumque sperant defensorem pro suis tuendis Juribus, quæ plerisque insignibus Tuis Pro-genitoribus debere gloriantur. Omnipotens ipse Deus, qui in sua misericordia eo magis erga nos se divitem ostendit, quo majoribus premi calamitatibus nos conspicit, ut presentibus malis opportunum pararet remedium, Majestatem Tuam cum Austriaca Domo arcta armorum æque, ac rationum consensione conjunxit. Hoc ipsum fœdus tantopere a Prædecessoribus Nostris exoptatum, sed ad hæc turbulentiora Nostra tempora provide reservatum prosperis armorum successibus Deus ipse novissime cumulavit. Hæc sane sunt, quæ certam in spem nos erigunt, fore ut tam præclara utriusque conspiratione perversa malignantium consilia dissipentur, et confundantur.

Pacis tractatum Religioni consorium, et proficuum horatur et sperat.

§. 3. Fore etiam in Domino confidimus, ut pacis tractatus suscipiantur, illæ promoveantur deliberationes, atque hujusmodi pactiones firmentur, quæ Deo

veræ pacis Auctori, placere possint; quibus nimiram Religioni, Ecclesiæque nulla multiplicentur detrimenta, sed quæ adversis temporibus perlata, quæque iniquis Nostrorum hostium studiis, seu per apertam eorundem vim nimis aggravata sunt, omnino reparentur. Persuasum porro nobis habemus ad hæc curanda, et perficienda alienis non indigere stimulis mentem Tuam quæ ingenito Religionis Justitiæque zelo satis, superque impellitur, et provocatur. Dubitare tamen non possumus quin grato, libentique animo exceptura sit nostra hæc paterna incitamenta, insimulque ea omnia, quæ jussu nostro Ven. Fr. Ludovicus Gualterius Archiepiscopus Myrensis Ordinarius Nr. et Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis apud Te Nuntius uberius coram exponet. Deum interea exorantes, ut Majestatem Tuam fortitudinis, et consilii spiritu repleat, nostrisque votis obsecundet, Apostolicam Benedictionem Tibi, Carissime in Christo Fili Noster, amantissime impertimur. Dat. Romæ die xv. Nov. MDGCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

## XX.

Franciscum Lotharingiæ, et Barri Ducem, nec non Etruriæ sibi subjectæ Magnum Ducem in Rom. Imperatorem electum hortatur, ut Ecclesiam, et Imperium ab ingruentibus malis impense defendat.

Datum die 18. Nov. 1758. Ann. I.

*De hac eadem materia vide Pontificis Epistolam supra relatam Num. XIX.*

## Clemens PP. XIII.

Carissimo in Christo Filio nostro Francisco Lotharingiæ, et Barri Duci, nec non Etruriæ sibi subjectæ Magno Duci in Romanorum Imperatorem electo.

Carissime etc. §. 1 E sublimes hac Sacrosancti Apostolatus specula, in qua per inscrutabilem Divini consilii profunditatem nos plane immerentes collocavit Altissimus, mentis Nostræ aciem quocumque Catholica Ecclesia protenditur, circumferentibus undique gravissima tristitia, timorisque argumenta ante oculos Nostros obversantur; animum vero Nostrum peculiarem in modum conturbat, et angit miserissima conditio periclitantis Germanici Imperii, quod præcipua benevolentia prosequi

Germanici Imperii statum deplorat.

Ingruentibus malis medelam a Magno Duce exposcit.

Acatholicorum Principum studiis, et conatibus Religio in Germaniæ partibus luctuosa patitur damna.

Eorum exponit consilium evertendi temporale dominium detrimento Catholicæ Fidei.

profitemur. Mœrori vero, dolorique Nostro nullum majus solatium adhibere possumus, neque utilius Apostolici Nostri Ministerii partes adimplere, quam si validum Majestatis Tuæ imploremus auxilium. Cum enim Imperii Te caput, simulque Ecclesiæ defensorem gloriæris, justas perturbationis Nostræ causas intime cognoscis, atque ingruentibus malis validius mederi vales. Satis namque notum, exploratumque est Majestati Tuæ, quam vehementius recentibus præsertim temporibus Acatholicorum Principum studiis, conatibusque in id conspirantibus aggravata sint luctuosa damna, ac detrimenta, quæ jamdum Catholica Religio in Germaniæ partibus miserrime patitur; sive enim pravis interpretationibus, vel iniquis pactionibus, sive tandem aperta vi, adlaboratur, ut arctioribus circumscribantur limitibus libertates, ac facultates, quæ vel ipsis infelicissimis temporibus in Catholicorum, et unius veri cultus Dei tutamen, atque profectum præservatæ, et solemnibus conventionibus stabilitatæ fuerunt.

§. 2 Porro Majestati Tuæ heu nimium propriis oculis cernere datum est quam miserrime hujus truculentissimi belli occasione se habeant spiritualia æque, ac temporalia pluribus in Provinciis olim florentissimis: neque lugendam hanc sortem evasere ditones illustriores Germaniæ Ecclesiæ addictæ, quamvis qui eis dominantur, eam tantum huic bello operam dederint, quam ab eis exigebat debitum Imperii legibus, et constitutionibus obsequium. Præterea minime dubitare possumus, quin ad Majestatis Tuæ aures jam pervenerint perniciose eorumdem Acatholicorum Principum consilia, quibus nimirum omni ope, studioque conantur, ut Catholicæ Religioni, et Ecclesiæ in ipsa pace amaritudo contingat amarissima, cum hoc potissimum contendunt, ut solemnibus conventionibus confirmantur, et rata habeantur injusta gravamina Catholicis Principibus, subditisque pluries allata, atque etiam ipsæ Ecclesiæ, temporalibus spolientur dominiis quæ ad incolumitatem nostræ Fidei tot inter Hæreticorum sectas conservandam mirum in modum conducunt, quæque Catholicis earum præclaris sacratiora jura, Imperique Constitutiones pluribus a sæculis perpetuo addixerunt. Veruntamen tot inter quæ Religioni, ejusque asseclis imminent tribulationes, et pericula animum minime despondemus. Primum enim præsto Nobis adfuturum confi-

dimus omnipotentis Dei præsidium, quod publicis privatisque precibus implorare non cessamus. Maximam deinde in spem Nos erigit summa, quam Tu, Carissimè in Christo Fili Noster, obtines potestatem, et auctoritatem, eximiumque quo flagras studium universam erga Ecclesiam, quam calamitosis hisce temporibus tuendam Tibi commendavit Altissimus. Vides propterea, atque optime pro Tua sapientia intelligis, nullam dari posse causam, quæ Justitiæ magis Cæsare dignæ reputari possit. Agitur enim de custodiendis, redintegrandisque Religionis, ac ipsius Imperii juribus, quæ divinis, humanisque legibus prorsus despectis, multis modis jam conculcarunt Acatholici, atque magis, magisque in dies confringere, ac labefactare pertentant. Faustissima omnia pollicetur præclara, ac mutua Majestatis Tuæ cum carissima in Christo Filia Nostra Augustissima Conjuge tua in Dei cultu, communisque Justitiæ rationibus promovendis consensio, atque felix, utriusque, et Imperii cum Rege Christianissimo amicitia societas, ac conjunctio, eo vel magis, quod misericordiarum ipse Pater, et totius consolationis Deus prosperis, faustisque successibus spes novissime nostras confirmavit, et auxit.

§. 3 Quod reliquum, itaque Nobis est, iterum iterumque majori, qua possumus animi contentione Majestatem Tuam per viscera Christi hortamur, ac obsecramus, ut omnia illa impendere, et adhibere velit præsidia, quæ Tibi, Carissime in Christo Fili noster, largitur Deus, quo auspice, et præside consilia malignantium, et Nostræ Sanctæ Fidei hostium penitus dissipentur, totique Imperio, et Europæ ea pax reddatur, quæ vera pax Dei appellari possit, quæque Religionis, æque ac Justitiæ præscriptis innitatur. Nihil quidem efficere poteris quod arctius Majestati Tuæ Divinam Clementiam conciliet, nihil quod stabili, perennique prosperitate Imperium, Cæsareamque Domum Tuam firmiter possit constabillire. Cæterum Ven. Fratri Ignatio Archiepiscopo Cæsareæ ordinario Nostro, et Apostolicæ Sedis apud Majestatem Tuam Nuntio dedimus in mandatis, ut reliqua Tibi coram pluribus exponat, quæ sollicitudo omnium Ecclesiarum, et cujus vices in terris gerimus Christi charitas ad hoc saluberrimum opus perficiendum Nostrum in animum induxerunt. Interim mutuis curis, studiisque felicem exitum præstolantes Apo-

Totius Imperii et Europæ pacem, ac securitatem novis supplicationibus precatur.

stolicam Benedictionem Majestati Tuæ  
amatissime impertimur. Dat. Romæ  
die xviii Novemb. MDCCLVIII.

## XXI.

Datum die 21  
Novemb. 1758  
Ann. 1.

Francisco Episcopo Sarnensi Governatori,  
ac Confratribus Congregationis vulgo  
nuncupatæ *Delli Bianchi*, sub invoca-  
tione Sanctæ Mariæ Succurre Miseris  
Civitatis Neapolitanæ scribit Pontifex,  
et confirmat indulgentias, et suum no-  
men in Confratrum albo adscribi per-  
mittit.

*Videat. Breve Benedicti XIV. incipien-  
= eximias preces vestras = edit. sub die  
28 Martii 1741 Pont. Anno Primo.*

Clemens PP. XIII.

Enunciatur te-  
nor Brevis Be-  
nedicti XIV.

§. 1 **V**en. Frater etc. Dudum fel. rec.  
Benedictus XIV. Prædecessor Noster ad  
Vos dedit alias suas in simili forma Bre-  
vis literas tenoris sequentis = Benedictus  
PP. XIV. Dilecti Filii Salutem et Apo-  
stolicam Benedictionem. Eximias pre-  
ces vestras. Pro R. P. D. Joanne Vincentio  
Lucchesinio. Cajetanus Amatus.

Proemium

§. 2 Quoniam autem, ipso Benedicto  
meritis Apostolicæ suæ procurationis  
laudibus dignissimo viam universæ car-  
nis ingresso, Nos plane immerentes per  
ineffabilem divinæ Bonitatis abundan-  
tiam in ipsius locum, et Supremum  
Apostolicæ servitutis ministerium suc-  
cessimus, Tu Venerabilis Frater, nec  
non dilecti Filii Confratres laudatæ Con-  
gregationis, cui Fraternalitas tua landabi-  
liter in præsentia præest, per literas Ve-  
stro nomine ad nos datas primum qui-  
dem de Nostra ad Supremum Sacrosancti  
Apostolatus Ministerium assumptione  
tantopere gratulamini, et preces ad bo-  
norum omnium largitorem Deum, pro  
tenuitate nostra effunditis; deinde ve-  
ro supplices poscitis, ut Nostrum quo-  
que Nomen non secus, atque præno-  
minatorum Prædecessorum Nostrorum  
Romanorum Pontificum Nomina in in-  
diculo Confratrum ejusdem Congregatio-  
nis inscribi, et tamquam Confratrem  
vestrum haberi patiamur, et ut infra  
de benignitate, et Auctoritate Aposto-  
lica ei Congregationi indulgere dignemur.

Preces porre-  
ctæ.

Laudat institu-  
tum hujus Con-  
gregationis.

§. 3 Nos igitur, qui ex præinsertis  
memorati Benedicti Prædecessoris literis,  
quas auctoritate, et tenore paribus confir-  
mamus, et quatenus opus sit, iterum

concedimus, plane cognovimus, quan-  
tum ad procurandam æternam Reorum  
ad ultimum supplicium ducendorum sa-  
lutem conferat vestrum institutum meri-  
tis laudibus prosequimur. Gratum præ-  
terea, obstrictumque animum Nostrum  
pro humanissimis literarum officiis pro-  
fitentes, maximopere lætamur, quod  
Vobis optantibus, Nostrum nomen in  
tabulario vestro consignetur, nosque  
ipsi inter vos adnumeremur: fore enim  
in Domino confidimus, ut participes  
et vestrarum obsecrationum, et laborum  
vestrorum facti, facilius gravissimum  
Apostolicæ servitutis onus ad majorem  
divini honoris cultum, et æternæ ani-  
marum salutis incrementum perferamus.  
Porro Plenariam Indulgentiam per Reos  
hujusmodi tam deosculando Imaginem  
Jesu Christi Crucifixi iisdem a vobis por-  
rigendam, quam Sanctissimum Jesu Chri-  
sti Nomen ore, et corde in ultimo anhe-  
lito invocando consequendam, aucto-  
ritate et tenore similibus in perpetuum  
quibuscumque non obstantibus concedi-  
mus, et largimur. Pergite itaque salu-  
tare, et maximis apud misericordiarum  
Patrem, et totius consolationis Deum  
justum remuneratorem præmiis dignum  
opus, ac ministerium a Vobis susce-  
ptum ea, qua decet, animorum ala-  
crite, assidua laborum patientia, vigi-  
li sollicitudine, prudenti cura, et Chri-  
stiana charitate studiose frequentare, et  
exercere, ut inde reportetis promissam  
in Cælis æternam quoque animarum  
vestrarum salutem.

§. 4 Interea dum Vos Venerabilis  
Frater, et dilecti Filii, vehementer roga-  
mus, ut Nostrum memores pro Nobis in uni-  
versalis Ecclesiæ, et Sacrosanctæ Catholicæ  
Religionis regimine occupatis, et laboranti-  
bus exorare non omittatis Supremum Pa-  
storum Principem Jesum Christum, cujus  
vices in terris immerentes gerimus, et  
potenti dextera sua foveat, regat, ac tueat-  
tur. Nos autem vobis cælestis præsidii  
auspicem et Nostræ charitatis pignus es-  
se volumus Apostolicam Benedictionem  
quam vobis peramanter imperti-  
mur. Datum Romæ die XXI. Novem-  
bris MDCCLVIII. Pontificatus Nostrum  
Anno Primo.

Suum dat no-  
men ejusdem  
Congregatio-  
nis albo signan-  
dum.

Plenariam  
indulgentiam  
concedit reis  
occulantibus  
Imaginem Jesu  
Christi vel il-  
lius nomen in-  
vocando in ul-  
timo anhelitu.

hortatur  
Confratres ad  
hoc opus pro-  
sequendum.

Eorum oratio-  
nibus sese com-  
mendat.

## XXII.

Datum die Bonorum Colonos ad S. R. E. Cardinales, nec non Militiam Melitensem spectantium in Mediolanensi Provincia degentes, a vectigalibus exemptos esset debere, prout Benedictus XIV sanciverat, confirmat.

Carissimæ in Christo Filiae Nostræ Mariæ Teresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ, nec non Boemiæ Reginæ Illustri in Romanorum Imperatricem Electæ.

## Clemens PP. XIII.

Carissima in Christo Filia Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Summo Nos gaudio afferunt grati animi significationes, quibus Majestas Tua Suis in Literis sub die 17 proxime elapsi Septembris datis, pergrata sibi contegisse commemorat, quæ Sa. Me. Benedictus XIV Prædecessor Noster, cum ad consulendum publicæ Ditionis Mediolanensis tranquillitati, remissis quibusdam in casibus Sacri Asili Juribus, tum ad sublevandos populos illos calamitate temporum prægravatos, accitis in subsidium ad fereuda Regia et publica onera aliqua ex parte Ecclesiasticorum Colonis, Majestati Tuæ benigne, ac peramanter indulgit. Hæc sane certam quoque in spem Nos erigerent, Majestatem Tuam vicissim pro sua pietate ea lubenter amplexuram, quæ idem Prædecessor Noster suis pariter Literis die 5 Mensis Februarii, per separatos quosdam articulos, præoptare se maxime, significaverat. Ex quo facile intelliges quam molestam nobis acciderit, tua ex Epistola modo percepisse, longe aliam agendi rationem Majestati Tuæ fuisse propositam, quam insuper a Nobis quoque probari posse arbitraris.

§. 2. Quamvis autem non minori studio, ac voluntate, quam ille, Nos quoque votis tuis obsecundare cupiamus, nihilosecius tamen hac in re, neque ab illius mente, neque ab iis declarationibus, quas tantopere commendavit, atque Nos ipsi æquitati, ac justitiæ consentaneas cognoscimus, recedere possumus. Ac primam quidem in dubium revocari nequit, S. R. E. Cardinales principem in Ecclesiastica Hierarchia tenere locum, tamquam constitutos ad opus omnium in terris maxi-

mum peragendum, eligendi nempe eum qui Jesu Christi D. N. Vicem in terris gerat, magnique momenti negocia, ex universo Christiano Orbe huc affluentia in Christianæ Reipublicæ commodum, ac incrementum assidue pertractare quibus ex causis probare non possumus, ut amplissimi istius Ordinis, tanta Nobis necessitudine conjuncti, privilegiis, exemptionibusque detrimentum ullum inferatur. Ad Ordinem vero Melitensem quod attinet, perpaucas admodum commendas, seu præceptorias in Mediolanensi Ditione possidet, eademque exigui adeo proventus, totque insuper pressus oneribus, secundum inclyti illius Ordinis institutum pro publica Christianorum defensione substinendis, ut hanc solum ob causam novo Colonice portiones vectigali eximi mereantur, alias enim qui commendas obtinent congruis carerent redditibus ad vitam sustentandam, aliaque necessaria onera subeunda, atque in Sacris Ædibus eorum curæ concreditis divinus Cultus minueretur, Sacræque obsolescerent Cœremonia, quas ob causas Majestas Tua aliis Pii Locis, in ejusdem legis sanctione religiose, prudenterque cautum esse voluit.

§. 3. Verum præ omnibus hanc immunitatem sibi vindicant præclara Equestris illius Ordinis merita, ob quæ Majestas Tua paucis ab hinc Annis amplissimo Diplomate eundem censuit honestandum, in quo commemoratis prius obsequiis, præsidiisque Augustissimæ Domui præstitis, ad privilegia exemptionesque quod attinet, non tam eas præmium sudoris, laborum, ac sanguinis pro Christi Fide profusi, compellat, verum etiam Regalis Auctoritatis robore firmat, jubetque simul, ut executioni prorsus mandentur, quæ in iisdem perspicua sunt, et pacifica possessione nituntur; Quamobrem satis perspicere nequimus, quo pacto potuerit quispiam Majestati Tuæ suadere ut novæ Colonice subiei debeant, cum disertis verbis Melitensis Ordinis Coloni in veteribus illis privilegiis, a Majestate Tua recenter firmatis, legantur excepti, atque reipsa excepti fuerint hactenus a quocumque onere, sive Regio Ærario, sive Communitatibus pendendo, a quo etiam exempti fuerint iis quoque temporibus quibus controversiæ de Colonica portione maxime fervebant. Ejusdem omnino sunt conditionis, exemptiones quæ nonnullis Monasteriis, Piiisque Domibus, earumque Colonis attributæ, vel in ipso foundationis exordio, vel ti-

Peculiares causas ostendit, quæ Melitensis Ordinis immunitatem a vectigalibus suadent.

Refertur quid pro Mediolanensis Ditionis tranquillitate, Benedictus XIV. clarificaverat.

A Prædecessoris Pontificis sanctionibus deflectere non posse significat, rationibus adductis.



tulo dotis, vel in gratiam peculiaris servitii, quod Ecclesiae praestant, et ejusmodi tituli, cuicumque etiam oneroso debeantur anteferri. Qui perfecte novimus, munificos Regalis Animi sensus alto Caesarum sanguine derivatos, atque cum ea pietate conjunctos, ut majorum exempla non tam æmulari, quam superare contendas, dubitare profecto non possumus, quin Majestati Tuæ mens conflictata egerime, consilium de abolendis antiquis SSimisque privilegiis Mediolanensis Ducatus Ecclesiis tributis, neque alio pacto ad id perducipotuisse arbitramur, quam ubi duo hæc Majestati Tuæ fortassis relata fuere; nimirum, praxim eandem in Ecclesiastica Ditione vigere; deinde vero quidquid Ecclesiarum Colonis condonatur, in majus pauperorum subditorum gravamen redundare. Primo autem operæ pretium est animadvertere, vectigalia, quæ apud Nos ab Ecclesiarum Colonis penduntur, Pontificia potestate imposita cedere plerumque in causa æris alieni solvendi, quod contractum fuerat pro Catholica Religione tuenda, propugnandisque Catholicorum Principum juribus, atque Ditionibus. Insuper onus hoc non ita protenditur, ut omnibus Provinciis commune sit: demum ita exiguum est, ut inde parum, aut nihil incommodi præsentiant Ecclesiastici, qui cæteroque bonorum genere donati sunt; et nihilominus adfuit ipsius quoque Benedicti XIV. Ecclesiae libertatis tuendæ sollicitudo, ut discutiendum mandaverit, atque adhuc pendeat quæstio coram peculiari Congregatione, num ejusmodi Colonice portionis onus, ubi fuit indictum, perdurare debeat; Cardinalium interea Colonis omnimoda immunitate gaudentibus. Utinam vero in Mediolanensi Ditione eadem ratio haberi posset, et quod modicum apud nos a Colonis Ecclesiasticorum persolvitur, tantumdem inibi perciperetur, ac satis foret ille, sublevandæ Religioni. Quoniam vero temporum injuria publica vectigalia ibidem nimium crevere, hinc ad consulendum subditorum Tuorum inopiæ, laudatus Prædecessor Noster, vectigalibus non tantum bona Ecclesiasticis de novo quæsita, subjecit verum etiam colonicas portiones quamvis adeo gravi, ut quemadmodum Senatus Mediolanensis alias professus fuit, *vel Colonis cogatur bonorum culturam deserere, vel Ecclesia de suo subministrare*. Tandem Ecclesiasticos universim subijci permisit.

§. 4. Ea tamen sub verborum latitudine comprehendi nequaquam possunt, qui justis de causis distingui merentur, et nisi re ipsa nominentur excepti quæcumque censentur, quemadmodum revera ab Apostolica Sede excipiuntur, atque ab aliis Sæcularibus Principibus pro exceptis hactenus habiti, ac reputati fuere. Quæ cum sapientissimo Prædecessori Nostro plene explorata essent, in Tractatu nuper inito, nullum de Cardinalibus verbum fieri voluit; conceptisque verbis declaravit, nihil se decernere voluisse ad eas quod attinet exemptiones, quæ a Mediolanensibus pro tempore Ducibus, cuicumque concessæ fuissent. Quod vero respicit materna pietatis viscera, quibus Majestas Tua pauperes suos complectitur subditos, quos propterea nimium prægravandos veretur, si privilegia hæc sarta, ac tecta servantur, illud ut perpendat, magnopere exoptamus, videlicet de quam modico damno rem esse, quod nullo pacto comparari potest cum iis emolumentis, quæ in Republicam ab iisdem obveniunt, assiduis nempe obsecrationibus, Sacrificiis, aliisque obsequiis, ac ministeriis, quæ Christiano Populo præstant. Denique accedit, quod nuper didicimus, multum prodesse pauperibus, quos ut ingenue fateamur, Nos quoque impenso amore prosequimur, ut qui inter Ecclesiasticos cæteris dignitate præfulgent redditibus quoque abundantius fruantur, unde uberiores eleemosynas, ac largitiones in egestes, ac miseros effundere queant; Ecclesiarum enim bona, eorum patrimonium esse quis dubitat? Ipsisque propterea alendis, sublevandisque addicta, atque reipsa plures novimus, qui tua ipsa in Mediolanensi Ditione, redditus suos in hunc usum insumunt, quod ut ab omnibus perficiatur sedulo, ac enixe curabimus: id enim postulat a Nobis Apostolicæ servitutis ministerium, id ipsum paternæ charitatis cura, atque sollicitudo, quod si fiat, uti Domino benedicente speramus, majus inde compendium, atque emolumentum pauperes sentient, quam si in minimo, Colonica portione levantur. Interim a supremo Bonorum omnium Largitore Deo, uberrimam cælestium munerum copiam Majestati Tuæ apprecamur, cui Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ etc. die 25 Novembris 1758 Pontificatus Nostri Anno Primo.

Declaratur quidquid Benedictus XIV. comprehendere, quidquid excipere voluit

XXIII.

Dat. Romae die 2 Decemb. Pont. Ann. I.

**D**amnat et ne legatur prohibet opus Gallico sermone conscriptum, et in plures tomos distributum cui titulus = *Histoire du Peuple de Dieu, troisieme partie, ou, Paraphrase litterale des Epîtres des Apôtres, d'après le Commentaire Latin du P. Hardouin . . . Par le P. Isaac Joseph Berruyer de la Compagnie de Jésus.* 1758.

Clemens Papa XIII.  
Ad futuram rei memoriam

Proemium

**U**niversi Dominici gregis cura humilitati nostræ cœlitus demandata nos urget, ut fidelium animas pretioso Jesu Christi sanguine redemptas, pravis atque fallacibus Doctrinis a via veritatis abduci minime patiamur. Salutaribus enim veterum Patrum documentis instruimur novis petulantium ingeniorum interpretationibus verum Sacrarum Scripturarum sensum interverti, idque in Populi seductionem potius quam instructionem cedere si, præsertim sacrarum literarum expositionis obtentu, offendicula parentur incautis, et Catholicæ veritati aut præjudicium inferatur, aut auferatur præsidium quo potissimum roboratur.

Operis nunciatio quæe damnatur.

§. 1 Sane nobis compertum est, quod cum nonnullis ab hinc annis prodisset in lucem opus Gallico Idiomate exaratum cui titulus = *Histoire du Peuple de Dieu depuis son origine jusqu' à la naissance du Messie* = a Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregatione indici librorum prohibitorum, et expurgandorum proposita post maturum examen proscriptum fuit decreto edito die 6 Maii 1754. Cumque fuisset idem opus in Italicum Idioma subinde conversum hoc titulo = *Storia del Popolo di Dio, dalla sua origine sino alla nascita del Messia* = licet opus uno, alioque Idiomate vetitum proscriptumque, quacumque alia lingua postmodum exhiberi contingat, eadem proscriptione notatum intelligatur, ne tamen indoctis, ac simplicibus fucus fieret ab eadem Congregatione in Indicem postea relatum est Decreto edito die 14. Aprilis 1757.

Decretum S. Congregationis Indici prohibens hoc opus diei 6. Maii 1754. Gallico Idiomate conscriptum.

Opus unum Idiomate vetitum, in quocumque alio Idiomate conversum vetitum etiam intelligendum.

§. 2 Quod huic accessit opus alterum Gallico primum Idiomate scriptum cui titulus = *Histoire du peuple de Dieu depuis la naissance du Messie jusqu' à la fin de la Synagogue etc.* propter publicam offensionem, et scandalum ad

eamdem Congregationem delatum, prævio diligentiori examine, pariter proscriptum est Decreto edito die 17. Aprilis Ann. 1755. At in Italicum postmodum Idioma conversum, hoc titulo = *Storia del Popolo di Dio, dalla nascita del Messia sino alla fine della Sinagoga, tratta dai soli libri Santi: dal P. Isacco Giuseppe Berruyer della Compagnia di Gesù: seconda parte, cum dissertationibus, et Apologia, cui titulus = Difesa della seconda parte della storia del Popolo di Dio del P. Berruyer, tradotta dal Francese.* Aucto scandalo, offensionemque honorum, a felicitatis recordationis Benedicto XIV. Prædecessore Nostro, fidei zelatorum querelis etiam excitato, post iteratum a Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana generalibus Inquisitoribus adversus hæreticam pravitatem, auctoritate Apostolica deputatis examen, pluribus, iisque gravissimis censuris damnatum est, editis Apostolicis literis in forma Brevis die 17. Februarii currentis anni.

Secunda pars hujus operis. Eius prohibitio etiam pro versione ex Decreto diei 17 Aprilis 1755

Damnatio hujus secundæ partis.

§. 3 Verum hoc eodem anno typis impressum apparuit opus tertium Gallico pariter Idiomate conscriptum, et in plures tomos distributum = hoc titulo = *Histoire du peuple de Dieu: troisieme Partie: ou, paraphrase litterale des Epîtres des Apôtres, d'après le Commentaire Latin du P. Hardouin. Par le P. Isaac Joseph Berruyer de la Compagnie de Jésus.* . . . 1758. Quod quidem ob doctrinæ fallaciam, et contortas Sacrarum literarum interpretationes, offusis etiam tenebris super eos articulos quos Christiani Populi fides, ac pietas præcipue profitetur, et colit, scandali mensuram implevit. Hoc opus itaque ne quid inde detrimenti patiatur Catholicæ doctrinæ integritas, Prædecessoris Nostri vestigiis inhærentes, iisdem Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in Republica Christiana generalibus Inquisitoribus examinandum commisimus; qui convenientibus primum inter se Theologis ad novum examen deputatis, suasque Sententias, et scripto, et voce pendantibus ac pluribus sessionibus ea de re habitis, tandem sub iisdem notis damnandum esse censuerunt, quibus alterum proscriptum est.

Tertia pars hujus operis etiam perniciosa deum in lucem apparuit.

§. 4 Nos igitur ne Nostro Apostolico muneri deesse videamur auditis, et expensis Theologorum suffragiis, et eorundem Cardinalium consiliis per has Nostras Apostolicas Literas dictum opus, ut continens propositiones respectively falsas, temerarias, scandalosas, favent-

Damnatio hujus operis.

tes hæresi, atque liæresi proximas, et a communi et unanimi SS. Patrum, et Ecclesiæ sensu in divinarum scripturarum interpretatione alienas, damnamus, ac reprobamus, ipsumque legi, retineri, et quocumque idiomate denuo typis imprimi prohibemus: mandantes omnibus, et singulis Christi fidelibus, qui ejusmodi opus apud se habuerint, seu in quorum manus subinde pervenerit, ut illud, statim ac præsentibus literæ eis innotuerint, hæreticæ pravitate Inquisitoribus, seu eorum Vicariis, alioquin Episcopis, seu Ordinariis locorum tradere teneantur sub pœna excommunicationis majoris quoad personas sæculares; quo vero ad Ecclesiasticas etiam Regulares sub pœna suspensionis a Divinis, ipso facto absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutio- nem, et respective relaxationem nobis, et Successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, excepto dumtaxat, quoad excommunicationem prædictam, mortis articulo, reservamus.

Pœnæ con-  
tra delinquentes  
hoc opus.

Harum literarum  
publicatio.

Transumpto-  
rum fides.

§. 6 Ut autem eadem præsentibus literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illorum ignorantiam præferre possit, volumus, ac mandamus illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, et Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curie generalis in Monte Citatorio, et in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui: ipsarum etiam præsentium literarum transumptis seu exemplis etiam impres- sis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eandem prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud, ubicumque locorum haberi, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die n. Decembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

## XXIV.

Confirmatio Decreti S. Congregationis Episcoporum, et Regularium, quo committitur Ministro generali Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia in Extremadura ut nonnulla de novo præscribat, et declaret, quæ circa munia et officia ejusdem provinciæ a Benedicto XIV. demandata fuere.

Datum die 4  
Decemb. 1758  
Anno 1.

Clemens Papa XIII. ad futuram rei memoriam.

*Videat Breve Benedicti XIV incipien-  
=Supremæ Apostolicæ charitatis providentia = edit. die 8 Augusti Anno 1757.*

§. 1 Nuper pro parte Dilecti Filii Thomæ Moreno Ministri Provincialis Provinciæ Sancti Michaelis Arcangeli Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia in Extremadura Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositæ exposito, quod alias fel: rec: Benedictus PP. XIV. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die viii. Augusti anni proxime elapsi MDCCLVII. expeditas literas quarum initium est = Supremæ Apostolicæ charitatis providentia ec. perpetua atque perfecta constituerat alternativa quoad omnia munia, et officia dictæ Provinciæ inter illius Alumnos, professoresque nempe oriundos ex Regionibus situs supra Tagum, et alios oriundos ex Regionibus infra Tagum constitutis, ex quibus duabus partialitatibus coalescit ipsa Provincia servanda, et alias prout latius in dictis Literis, quarum tenorem præsentibus haberi volumus plenius contineri, quæ quidem Literæ, ac omnia et singula in illis contenta debitæ executioni jam demandata fuerant; et in eadem expositione subjuncto, quod ad præcidenda, et omnino eliminanda dissidia, quæ inter partialitates prædictas tractu temporis oriri possunt, super omnimodam observantiam dictæ demandatæ alternativæ, ipse Thomas Minister Provincialis plurimum desiderabat, ut ab ipsa Cardinalium Congregatione declararentur et statuerentur sequentia, nempe: Primo, ut si contingat Ministrum Provinciale dictæ Provinciæ pro tempore existentem ex quavis ambarum partium, ex quibus ipsa Provincia coalescit, ante tem-

Preces por-  
recte.

Referitur dis-  
positio Brevis  
Benedicti XIV  
diei 8 Augu-  
sti 1757.

Dubia pro-  
posita a Mini-  
stro Provincia-  
li, declaranda  
a S. Congre-  
gatione Episco-  
porum et  
Regularium,  
circa munia,  
et officia ejus-  
dem provin-  
ciae.

pus per regularia dictae Provinciae statu-  
ta praescriptum cedere vel decedere,  
aut ex quacumque causa officium Mini-  
stri Provincialis ex illius persona va-  
care; eo casu Vicarius Provincialis assu-  
matur, seu assumi omnino debeat ex ea-  
demmet parte, ex qua cedens vel dece-  
dens Minister Provincialis extiterit. Se-  
cundo, si contingat obitus Patris immedia-  
ti, subrogetur alius ejusdem partialitatis,  
ex qua defunctus fuerit etiamsi in illa  
nullus existat Provincialis, ita ut subro-  
gatio hujusmodi in casu hujusce deficien-  
tiae etiam ex-Definitoribus competere  
possit. Tertio, cedente, vel decedente  
aliquo ex Definitoribus actualibus in  
locum cedentis vel decedentis subro-  
getur alter ex ipsamet natione, ex qua  
ille extiterit etiamsi ex-Provincialis  
minime sit, sed dumtaxat Custos, aut  
Definitor fuerit.

S. Congre-  
gatio Episco-  
porum et Re-  
gularium pre-  
cibus annuit.

§. 2 Emanavit ab eadem Cardina-  
lium Congregatione decretum tenoris se-  
quentis videlicet. Sacra Congregatio Emi-  
nentissimorum, et Reverendissimorum  
S. R. E. Cardinalium negotiis, et con-  
sultationibus Episcoporum, et Regularium  
proposita, attenta relatione Patris  
Commissarii Generalis Curiae, benigne  
commissit Patri Ministro Generali,  
ut, veris existentibus narratis, Ora-  
toris precibus, pro suo arbitrio, et  
conscientia indulgeat juxta petita Ro-  
mae 17. Novembris 1758. C. Cardinalis  
Cavalchini P. H. Guglielmi Secreta-  
rius. Vigore autem hujus decreti et  
facultatis dilecto Filio Clementi de Pa-  
normo Ministro Generali ejusdem Or-  
dinis attributae, ipse Clemens Minister  
Generalis suum edidit decretum tenoris,  
qui sequitur nempe = Mandatis Sacrae  
Congregationis ea qua par est venera-  
tione obtemperaturi, attenta exposito-  
rum in adnexo Memoriali veritate, ad  
perpetuam, et perfectam stabiliendam al-  
ternativam a sac. mem. Benedicto XIV.  
in nostra Observantium Provincia S. Mi-  
chaelis praescriptam, praecipimus, et or-  
dinamus, ut imposterum in praedicta  
Provincia Nostra sub poena nullitatis se-  
quentia executioni mandentur, videlicet,  
quod si contingat, Ministrum Provin-  
cialium dictae Provinciae pro tempore  
existentem, ex quavis ambarum partium,  
ex quibus ipsa Provincia coalescit,  
cedere, vel decedere, eo casu Vi-  
carius Provincialis assumatur, seu assumi  
debeat ex eademmet Parte, ex qua  
cedens, vel decedens Provincialis exti-  
terit = Secundo, quod si contingat obi-  
tus Patris Provincialis immediati, sub-  
rogetur alius ejusdem Partialitatis ex

Dubiorum  
resolutio.

qua defunctus fuerit, etiamsi in illa  
nullus existat Provincialis, ita ut subro-  
gatio hujusmodi in casu hujusce deficien-  
tiae, etiam ex-Definitoribus compe-  
tere possit = Tertio, quod cedente vel  
decedente aliquo ex Definitoribus actua-  
libus, in locum cedentis, vel decedentis,  
subrogetur alter ex ipsamet Natione  
ex qua ille extiterit, etiamsi ex-Pro-  
vincialis minime sit, sed dumtaxat Cu-  
stos, aut Definitor fuerit. Datum Ro-  
mae in hoc nostro Araecelitano Conventu  
die 21 Novembris anni Domini 1758.  
Fr: Clemens de Panormo Minister Ge-  
neralis, et Commissarius Apostolicus =

§. 3 Cum autem, sicut dictus Tho-  
mas Minister Provincialis ejusdem Pro-  
vinciae Nobis subinde exponi fecit, ipse  
praemissa omnia, quo firmiter subsistant,  
et serventur exactius, Apostolicae con-  
firmationis Nostrae patrocinio commu-  
niri plurimum desideret, Nos ipsius  
Thomae Ministri Provincialis votis hac  
in re, quantum cum Domino possumus  
favorabiliter annuere volentes, eumque a  
quibusvis excommunicationis et interdi-  
cti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,  
censuris, et poenis a jure, vel ab homi-  
ne quavis occasione, vel causa latis, si  
quibus quomodolibet innodatus existit,  
ad effectum praesentium tantum cen-  
sequendum, harum serie absolventes,  
et absolutum fore censentes; supplica-  
tionibus ejus nomine super hoc humiliter  
porrectis inclinati, praeserta ejusdem  
Congregationis Cardinalium, ac  
dicti Clementis Ministri Generalis de-  
creta, ac omnia et singula in eis con-  
tenta auctoritate Apostolica tenore praesentium  
confirmamus, et approbamus, illisque  
inviolabilis Apostolicae firmitatis  
robur adjicimus, illaque debitae execu-  
tioni mandari volumus, et praecipimus  
in omnibus, et per omnia perinde ac si  
praemissa omnia in dictis Benedi-  
cti Praedecessoris Nostri super hujusmodi  
alternativam editis literis conten-  
ta, et expressa fuissent.

§. 4 Decernentes easdem praesentes  
litteras semper firmas, validas, et effica-  
ces existere, et fore, suosque plenarios,  
et integros effectus sortiri et obtinere,  
ac illis, ad quos spectat, et pro tem-  
pore quocumque spectabit plenissime  
suffragari, et ab eis respective in-  
violabiliter observari, sicque in praemis-  
sis per quoscumque Judices Ordinarios,  
et Delegatos etiam Causarum Palatii  
Apostolici Auditores judicari, et defini-  
ri debere, ac irritum et inane si secus  
super his a quoquam quavis auctoritate  
scienter vel ignoranter contigerit atten-

Preces por-  
rectae ad con-  
firmationem A-  
postolicam ob-  
tinendam.

Absolutio a  
censuris.

Approban-  
tur de re Sa-  
crae Congrega-  
tionis Episco-  
porum et Re-  
gularium nec  
non Ministri  
Generalis.

Decretum  
irritans.

Contrariis  
derogat.

Transumpto-  
rum fides.

ari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus et singulis illis, quæ dictus Benedictus Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5 Volumus autem quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ab omnibus, et ubique tam in judicio quam extra habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die iv. Decembris MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

## XXV.

Datum die 9  
Decemb. 1758  
Ann. 1.

Literæ Apostolicæ quibuscum privilegia nonnullis Familiaribus Pontificiis conceduntur.

*Eadem privilegia concessa fuere a Clemente XI Const. edit. 1701 Aprilis 5 §. 1, ab Innocentio XIII Const. alia edit. 1721 Maii 16, tandem a Benedicto XIII Const. edit. 1724 Dec. 15 §. 1 ut videre est in Bullario Mainardi.*

Clemens Papa XIII. ad futuram  
rei memoriam

Venerabili Fratri Silvestro Merani Episcopo Porphyriensi Sacrarii Nostri, ac Dilectis Filiis Magistris M. Antonio Columnæ Romanæ Palatii Apostolici, Antonio Mariæ Erba Odescalchi Mediolanensis Cubiculi Nostri Præfectis, Andree Negroni Romanæ Auditori, Theodoro Boccapaduli Romanæ Eleemosynario secreto, ac Carolo Boschi Faventinæ Notarum Arcanarum Secretario, nec non Josepho Mariæ Contesini Venetiarum Pincernæ, Petro Mantica Utinensis, Josepho de Rinaldis Concordiensis, Aloysio seu Lodovico Gazzoli Interamnensis, Horatio Mattei Marsorum Vestiario, Francisco Fantini Paduanæ, Felici Savognano Venetiarum, Galetio Marescotti Romanæ, ac Magistris itidem Thomæ Emaldi Imolensis, et Cajetano Amato Salernitanæ Literarum Nostrarum in forma Brevis quæ ad Principes scribun-

tur Secretario; Lanfranco Mattei Marsorum Subdatario, et Christophoro Zannettini Brixien. Medico secreto Cubicularis intimis, seu secretis, ac Marchionibus Joanni Patrizi Forerio Majori, Virginio Crescenzi, Innocentio Mini, et Comiti Alexandro Petroni Stabuli Nostri Præfecto Romanæ itidem Cubicularis secretis, Deusedit Barcali Romanæ, Joanni Cornacchia Venetiarum, Blasio Saetta Paduanæ, Gregorio Zannetti Urbinatensis, Michaeli Angelo Giacomelli Pistoriensis, ac Francisco Lucca Romanæ Cappellanis secretis, et Augustino Orsi Ordinis Fratrum Prædicatorum Palatii Apostolici Magistro, Paschali Fantini Tarvisinæ Architrucino, Antonio Presi Bononiensis Dõmus Nostre Magistro, Silvestro Mancini Romanæ Palatii Apostolici Ratiocinatori, Antonio Vannini Prænestinæ, et Francisco Antonio Benincasa Calliensis Clericis secretis, necnon Paulo Gazzani Parmensis, Paulo Pulieri Venetiarum, Josepho Cellidoni Mediolanensis, Bartolomæo Ermini, et Joanni della Bossiera Romanæ Cubiculi Nostri Adjutoribus Civitatum, et Diœcesum respective Presbyteris, seu Clericis, vel Laicis familiaribus continuis commensalibus Nostris salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1 Circumspecta Romani Pontificis gratiarum Dispensatoris providentia devotos, ac fideles suos, illos præsertim, qui grata familiaritatis obsequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id alias propria virtutum merita commendant, honoris, et famæ amplioribus præconiis, ac præclaris dignitatum titulis decorare, et honorare, nec non specialis benevolentiæ favoribus amplecti solet, prout personarum qualitatibus conspici convenire.

§. 2 Hinc est, quod Nos ad grata familiaritatis obsequia, quæ vos, qui etiam continui Commensales Nostri existitis, et quilibet vestrum Nobis hætenus impendistis, et adhuc sollicitis studiis impendere non desistitis, nec non ad vitæ ac morum honestatem, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, quibus personas vestras etiam familiaris experientia juvari percepimus, condignam rationem habentes; ac propterea easdem personas vestras peculiaris favore gratiæ, ac specialis honoris, et excellentiæ dignitatis titulo sublimare volentes, vosque, et quemlibet vestrum a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa

Exordium.

Comendantur  
et absolvuntur  
a censuris.

Motu proprio  
creantur Nota-  
rii, Comites,  
Equites, Nobi-  
les, et Cives.

latis, si quibus quomodolibet inno-  
dati existitis, ad effectum præsentium  
dumtaxat consequendum, harum se-  
rie absolventes, et absolutos fore cen-  
sentes, Motu proprio, non ad vestram,  
vel aliterius pro vobis super hoc oblatæ  
petitionis instantiam, sed de mera li-  
beralitate, et certa scientia Nostris, ac  
de Apostolicæ potestatis plenitudine vos  
et quemlibet vestrum respective in No-  
stros, et Sedis Apostolicæ Notarios (si-  
ne tamen præjudicio Dilectorum Filio-  
rum Notariorum de numero participan-  
tium) Apostolica auctoritate tenore præ-  
sentium recipimus, ac Sacri Palatii, et  
Aulæ Lateranensis Comites, necnon Au-  
ratæ Militiæ Equites, ac Nobiles Ro-  
manos, et Urbis Romæ, ac Civitatum  
Avenionensis, Bononiensis, Ferrariensis,  
et Beneventanæ, omniumque et sin-  
gularum aliarum Civitatum, Terrarum,  
et Locorum Romanæ Ecclesiæ mediate  
vel immediate subjectorum Cives cum  
omnibus juribus, jurisdictionibus, præ-  
rogativis et insignibus debitis, et con-  
suetis creamus et constituimus ac in  
numerum, et consortium aliorum No-  
strorum et ejusdem Sedis Notariorum,  
nec non Palatii et Aulæ hujusmodi Co-  
mitum, Equitum, et Nobilium Roma-  
norum, aliorumque Civium Civitatum,  
et Terrarum prædictarum referimus et  
conscribimus.

Exponuntur  
Notarium pri-  
vilegia cum  
quadam restri-  
ctione.

§. 3. Vobisque, etiamsi ab itum et  
rocchettum Notariorum dictæ Sedis ju-  
xta decreta Lateranensis Concilii novis-  
sime celebrati non deferatis, aut Ci-  
vitates hujusmodi non incolueritis, nec  
unquam in eisdem Civitatibus domi-  
cilium habueritis, ut omnibus et qui-  
buscumque privilegiis et facultatibus,  
exemptionibus, immunitatibus, liber-  
tatibus, favoribus, gratiis et indultis, qui-  
bus cæteri omnes Notarii Nostri, etiam  
de numero participantium, ac Comi-  
tes, Equites, et Nobiles (citra tamen  
exemptiones a Sacro Concilio Tridenti-  
no sublatas, itaut nedum quoad crimi-  
nalia, sed etiam quoad civilia subja-  
ceatis Ordinariis, ac citra facultates legi-  
timitandi, ad gradus promovendi, No-  
tarios, seu Tabelliones creandi, alia-  
que hujusmodi privilegia a Notariis, et  
Comitibus præfatis prætensa, itaut il-  
lis nullibi uti valeatis, ac irritum et ina-  
ne existat quidquid secus per vos, aut  
quemlibet vestrum respective attentari  
contigerit) nec non Cives originarii etiam  
in Dignitatum, Beneficiorum, et Offi-  
ciorum Ecclesiasticorum, ac sæcularium,  
etiam ex personis Romanorum Civium  
originariorum vacantium assequutione

et exercitio tam in Urbe, quam in  
omnibus et singulis Civitatibus prædi-  
ctis, et alias ubique locorum et gen-  
tium, nec non sessionum, et conven-  
tuum utuntur, potiuntur et gaudent,  
ac uti, potiri, et gaudere poterunt  
quomodolibet in futurum, non so-  
lum ad eorum instar, sed pariformiter  
et æque principaliter, ac si privilegia,  
facultates, exemptiones, gratiæ et in-  
dulta hujusmodi pro vobis emanassent,  
uti, potiri et gaudere, ac in omnibus  
et singulis Apostolicis, aliisque literis,  
instrumentis et scripturis publicis et  
privatis deinceps nomine vestro confi-  
ciendis Notarios, Comites, Equites, et  
Nobiles, ac de nobili genere ex utro-  
que parente procreatos, nec non Roma-  
ni et aliarum Civitatum et Terrarum  
Cives, prout libuerit, vos inscribere,  
et illis subscribere valeatis, ac pro veris  
et non fictis Notariis, Comitibus, Equiti-  
bus et Nobilibus, ac Civibus habeamini,  
nihilque, qualecumque illud fuerit,  
cum iis subscriptionibus, subreptitium  
vel obreptitium aut invalidum, sed il-  
lud idem efficax in omnibus censeatur;  
nec non honoris causa insignia gentis  
Nostræ sive integre, sive cum vestris  
respective composita gestare possitis,  
prout vobis placuerit, concedimus.

§. 4. Et insuper vos, vestraque Be-  
neficia, et Officia Ecclesiastica quæcum-  
que, quotcumque, et qualiacumque,  
illorum fructus, res et jura ubicumque  
Locorum, Regnorum et Provinciarum,  
nec non in Urbe, Civitatibus, Terris et  
Locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediate  
vel immediate subjectis consistentia,  
prædia, domos, possessiones, et bona  
patrimonialia, aliaque temporalia mo-  
bilia, et immobilia ac semovevta,  
nec non actiones et jura præsentia et fu-  
tura cujuscumque qualitatis, quantitatis  
et naturæ, ac cujusvis etiam annui valoris  
fructus, redditus, et proventus hujusmodi  
sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque  
a vobis vendenda, ac pro vestris ac  
familiarum vestrarum usibus emenda ab  
omnibus, et quibuscumque decimis,  
quartis, et dimidiis partibus, subsidiis  
etiam charitativis, nec non vectigalibus,  
portoriis, tributis, datis, pedagiis, col-  
lectis, et quocumque alio nomine nun-  
cupatis angariis, perangariis, cæterisque  
oneribus et contributionibus tam urbanis,  
quam rusticis, ordinariis, et extraordi-  
nariis, realibus personalibus et mixtis,  
etiam ratione munitionum mœnium, et  
pontium, portarum, et moliturarum, ac  
mercium cujuscumque generis, transitus  
seu passus et vecturæ, etiam in aliud Ter-

Eximuntur a  
decimis, aliis-  
que impositio-  
nibus, ea exce-  
pta pro auxi-  
lio contra infi-  
deles.

ritorium, seu Provinciam, terra, mari, et flumine, nec non equorum mortuorum, stabulationum Militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, et gravissima causa ( pro subventionem contra Infideles dumtaxat excepta ) nunc et pro tempore impositis; ita quod vos, et quilibet vestrum nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneamini, nec per Cameræ Apostolicæ, aut alios Commissarios, seu vectigalium, et tributorum hujusmodi Redemptores, Conductores, et Exactores quocumque privilegio, exemptione, et facultate suffultos, alias quam, ut præfertur, valeatis coartari (quamdiu servitiis nostris institeritis dumtaxat) eximimus, et liberamus.

Super Beneficiorum pluralitate ac residentia in eis dispensat.

§. 4 Ad hæc vobiscum, et cum quolibet vestrum respective, ut quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum etiam Collegiatarum Ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut Dignitas etiam major et principalis, Canonatus, et Præbenda, Personatus, Administratio, vel Officium fuerit, et ad Dignitatem, Personatum, Administrationem, vel Officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis imminet animarum, si alicui vestrum alias canonicè conferantur, aut quisque vestrum eligatur, præsentetur, aut alias assumatur ad illa, et instituat in eis recipere, et dummodo illa omnia (uno excepto) personalem residentiam non requirant, insimul, quoad vixeritis, retinere.

Eximuntur a residentia durante familiaritate.

§. 6. Nec non etiam, quamdiu Nobis inservieritis tantum, in Beneficiis Ecclesiasticis etiam curatis ( non tamen Parochialibus, nec curatis cum cura animarum Parochianorum ) per vos pro tempore respective obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi Dignitates in Cathedralibus, etiam Metropolitanis post Pontificalem, majores, ac Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneamini, nec per Locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum earumdem Capitula, seu quosvis alios ad residendum interim in illis invitati compelli possitis; omnesque et singulos nihilominus vestrorum Beneficiorum obtentorum fructus, redditus, et proventus, durante servitio prædicto, cum ea integritate ( distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis ) cum qua illos percipere-

tis, si in eisdem Ecclesiis sive Locis personaliter resideretis, percipere exigere et levare.

§. 7. Ac interim vel postmodum si volueritis in Romana Curia, vel extra eam a quocumque quem malueritis Catholico Antistite gratiam et communionem ejusdem Sedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes etiam Sacros et Presbyteratus Ordines aliquibus tribus Dominicis, vel aliis festivis diebus etiam extra tempora a jure statuta, proprii Ordinarii, aut cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, si alias ad id idonei reperti fueritis ( super quo Antistitis conscientiam oneramus ) promoveri, et promoti in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare.

Facultas recipiendi ordines extra tempora et sine licentia.

§. 8. Nec non etiamsi Presbyteri fueritis, ac Dignitates et Officia obtinueritis, Leges et Jura Civilia, etiam publice in Scholis et Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo trigesimum ætatis annum non excesseritis, audire, et si habiles et sufficientes reperti fueritis, etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate vos promoveri facere, ipsaque Jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, et Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis, et civilibus tantum exercere libere et licite possitis et valeatis, auctoritate et tenore prædictis de specialis dono gratiæ dispensamus.

Item audiendi, et docendi leges, causasque Ecclesiasticas, et Civiles tuedi.

§. 9 Liceat quoque vobis, et cuilibet vestrum aliquem idoneum et approbatum ab Ordinario Presbyterum sæcularem, vel cujusvis Ordinis regularem in vestrum eligere Confessorem, qui vita cujuslibet vestrum comite vos, et quemlibet vestrum a quibusvis excommunicationis suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, et per vos incurris, et quibus vos etiam Apostolica auctoritate illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, et Successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter vel generaliter reservata existat: et quorumcumque votorum et Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quasvis personas etiam Ecclesiasticas ( non tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos ) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus ( non tamen recitationis horarum canonicarum, aliorumque Divinorum Officiorum ) et denique ab omnibus et quibuscumque aliis ve-

Eisdem privilegium eligendi sibi Confessarium elargitur, cui per amplas concedit facultates.

stris peccatis, criminibus et excessibus ac delictis quantumcumque gravibus et enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, videlicet a contentis in literis die Cœnæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, et mortis articulo; in reliquis vero dictæ Sedi quomodocumque reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus vestris diligenter auditis, sine tamen alicujus præjudicio, auctoritate Apostolica absolvere, et vobis pro commissis pœnitentiam injungere salutarem; Nec non vota quæcumque (ultramarino visitationis Limum BB. Petri et Pauli Apostolorum, castitatis, et Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

§. 19. Vobisque ulterius, et cuicumque vestrum respective, ut quicumque Loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in dicta Curia, quam extra eam ad id per vos respective coram Notario, et Testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ, quascumque pensiones annuas vobis super Mensarum Abbatialium, seu Capitularium, et Episcopalianum, et Archiepiscopalianum, ac quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura et sine cura sæcularium; et quorumvis Ordinum, et Militiarum Regularium, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani quomodocumque, et qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus etiam quotidianis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones et emolumenta vobis nunc, et pro tempore assignata, et reservata, seu assignanda, et reservanda pro summa videlicet tercentorum ducatorum auri de Camera quoad singulos vestrum, quandocumque alicui vestrum respective placuerit simul, vel successive in toto, vel in parte, etiam in cujuslibet vestrum mortis articulo cassare, et extinguere; et postquam cassatæ, et extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super eisdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus, ac emolumentis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, et emolumenta hujusmodi, usque ad summam, et quantitatem prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per vos nominandis, etiam quæcumque, quocumque, et qualiacum-

que Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus Clericis, seu clericali caractere insigniri volentibus, etiam eis, quoad vixerint, seu eorum Procuratoribus ad id speciale ab eis mandatum habentibus, eisdem modo, et forma, quibus vobis assignatæ et reservatæ, seu assignata, et reservata, et concessa fuerint respective, etiam absque consensu easdem pensiones solvere debentium, etiamsi illas, vel illa alias cassari, et reservari de novo faciendi facultatem non habueritis; ac pensiones, et fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, et emolumenta hujusmodi etiam pluries cassatæ, et de novo assignatæ fuerint, usque ad summam, et quantitatem prædictam, etiam literis Apostolicis super reservationibus, et assignationibus hujusmodi non confectis, ac alias cum omnibus, et quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, et cautelis, ac etiam censuris, et pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, et contentis, nec non cum subrogatione in quibusvis vestris juribus, etiam quoad quasi possessionem exigendi, in qua tunc eritis integre persolvendas, servata tamen forma Constitutionis fel. rec. Innocentii PP. XI. Prædecessoris nostri super translationibus pensionum editæ reservare, constituere, et assignare valeant, auctoritate, et tenore prædictis de speciali gratia indulgemus; volumus autem, ac sub pœna nullitatis translationis hujusmodi districte præcipimus, quod respectu pensionum vobis, et cuicumque vestrum respective, ut præfertur, reservatarum, et assignatarum, seu reservandarum, et quocumque tempore assignandarum super quibuscumque Cathedralibus, Metropolitanis, Monasteriis, etiam Consistorialibus, atque aliis quibusvis Beneficiis tam simplicibus, quam residentialibus, aut aliter quomodocumque qualificatis, intra Urbem ac Statum Ecclesiasticum Nobis, et Sanctæ Sedi in temporalibus immediate subjectum existentibus, præfata transferendi facultas tum coram persona in dignitate Ecclesiastica constituta, tum coram Notario, et testibus, vobis, et cuilibet vestrum respective, ut supra, impertita exerceri, aut expleri per vos, et quemlibet vestrum respective nequeat, nisi favore dumtaxat illorum, qui vel ex eodem Statu Ecclesiastico, vel ex eisdem Regnis et Provinciis originem trahant, in quibus et ipsi quoque nostri, et S. Sedis in temporalibus subditi promiscue cum

Pensionum translationem ad summam 300 ducatorum ab eis fieri quocumque tempore concedit.



Civibus et Naturalibus dictorum Regnorum, et Provinciarum, ad pacificam tam Beneficiorum quorumlibet Ecclesiasticorum, quam similium pensionum possessionem admitti consueverunt.

Facultas testandi usque ad 6000 ducatos, et sine solemnitatibus.

§. 11 Nec non etiam vobis, ut de omnibus et singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, et locis etiam jurisdictionalibus, cæterisque bonis mobilibus, et immobilibus, quæ tamen non sint Altaris, seu Altarium Ecclesiarum vobis commissarum ministerio, seu alicui speciali earundem Ecclesiarum servitio, aut alias Divino cultui seu usui deputata, seque moventibus cujuscunque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, et conditionis existentibus, ac juribus, et actionibus ad vos ratione Ecclesiarum etiam Cathedralium, et Metropolitanarum, quibus forsitan vos præesse contigerit, nec non Monasteriorum, Prioratarum, Præpositurarum, Dignitatum, et aliorum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, et siæ cura sæcularium, et quorumvis Ordinum Regularium, quæ etiam ex quibusvis concessionibus, et dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinueritis, obtinetis, et obtinebitis, ac fructuum, reddituum, et proventuum Ecclesiasticorum loco pensionum, ipsarumque pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, et proventibus vobis reservatorum, et assignatarum, ac reservandorum, et assignandarum, quos, et quas perceperitis, percipitis, et percipietis in futurum, nec non emolumentorum quorumcumque Romanæ Curie officiorum, et alias quomodolibet spectantibus, et pertinentibus, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, et proventibus annuis, nec non vestra, et cuilibet vestrum industria, et labore quomodolibet, et undecumque, licite tamen acquisitis, et acquirendis, ac alias etiam de muneribus, et officiis, quæ exercueritis, et vos exercere contigerit, et alias quavis occasione vel causa, seu contemplatione ad vos perventis, et perventuris, etiamsi in pecunia numerata, et localibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam, ubique locorum, etiam penes Beneficia ipsa existentibus (quorum omnium qualitates, et veros etiam annuos valores, etiamsi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, et suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus ac si specificè, et singillatim exprimerentur, et

denominarentur pro sufficienter expressis, et declaratis haberi volumus) usque ad summam sex millium ducatorum auri de Camera pro unoquoque vestrum, ac etiam de ipsis fructibus, redditibus, et proventibus, ac pensionibus debitis, et debendis (servata tamen forma Constitutionum Apostolicarum jam editarum, et si quas deinceps edi contigerit super fructibus inexactis) etiam cumulative cum quibusvis aliis similibus vel dissimilibus facultatibus habitis, et habendis, tam pro decentibus, et honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui vobis viventibus servierint, etiam ultra servitii meritum, ac in vestrorum Consanguineorum, et Affinium, ac quorumcumque Locorum Piorum favorem, et usum, ac alias pro arbitrio, et voluntate vestris, et cujuslibet vestrum absolutis, testari, et testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam causa mortis, et aliis quibuscumque modis, et titulis, scriptura etiam minus solemniter coram duobus vel tribus Testibus, aut etiam cedula sola manu vestra scripta vel subscripta, et alias in omnibus, et per omnia, prout, et quomodolibet vobis videbitur, etiam in ipsa Curia, et in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præsentis, vel aliarum vobis pro tempore concessarum similibus facultatum, aut quod in vim illarum testari seu disponere velitis, et intendatis semel, atque iterum, aut pluries disponere, statuere, et ordinare, itaut quidquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias dispositum a vobis fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, et servari debeat; ipsaque testamenta, codicillos, et dispositiones, ordinationes, legata, et statuta pluries, ac toties quoties vobis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, et alia de novo condere libere, et licite valeatis, auctoritate Apostolica earundem tenore præsentium plenam, et liberam concedimus facultatem.

§. 12 Et insuper statuimus, et ordinamus, vobisque indulgemus, quod si vos ab intestato, et sine ulla, vel cum minus valida bonorum, et rerum, ac fructuum, reddituum, et proventuum prædictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, tam continua, quam interpolata inibi cujuslibet vestrum respective mansionem, ac etiam extra Beneficia vestra, vel alia loca debitæ a vobis residentie personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis dece-

Indultum in casu intestate successione, aut minus validæ dispositionis.

dati, omnia, et singula bona, res, et jura, etiam ut præfertur qualificata, nec non spolia cujuscumque quantitatis, et valoris existentia etiam ex prædictis, et alias undecumque provenientia ad Cameram Apostolicam, seu in dictis Beneficiis successores non pertineant, sed ad Hæredes vestri sanguinis integre deveniant, et illis deficientibus, inter Familiares vestros arbitrio personæ, seu personarum, quas ad id scripto nominaveritis, distribuantur; nisi de alia dispositione vel intentione vestra, scriptura etiam minus solemni secus appareret; quam tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii Judices, seu Exequutores omnino exequi, et adimplere, illique se conformare in omnibus, et per omnia debeant; et nihilominus quæcumque hujusmodi testamenta, legata, donationes, dispositiones, et alia forsitan a vobis etiam nulla, vel minus sufficienti facultate suffultis de hujusmodi bonis, juribus, et actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem Consanguineorum, et Affinium prædictorum, et alias quomodolibet facta cum omnibus inde sequitis, ac etiam ea, quæ per vos in futurum fient, ex nunc, prout ex tunc, et e contra, pro dicta summa sex milium Ducatorum approbamus, et confirmamus, omnesque, et singulos juris, et facti, ac solemnitatum omissarum et omittendarum, nec non substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint, aut intervenerunt in iisdem, etiamsi tales sint vel fuerint, quod specialis, specifica, et expressa de illis mentio præsentibus habenda esset, supplemus.

§. 13 Districtius inhibentes quibusvis Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Ecclesiarum Prælati, nec non Cameræ præfatæ Præsidentibus Clericis, ac eorum, nec non Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac Cruciatæ Sanctæ, et aliis Collectoribus, et Subcollectoribus, cæterisque cujuscumque dignitatis, status, gradus, et conditionis existentibus, etiam quavis auctoritate, et potestate fungentibus, sub excommunicationis majoris, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, ne Universitates, Collegia, ac Loca, et Legatarios, Hæredes, et personas, nec non testamentorum, voluntatum, et ordinationum hujusmodi Exequutores præfatos, directe, vel indirecte, quovis quæsito colore, vel ingenio molestare audeant quoquomodo vel perturbare.

§. 14. Ac decernentes prædicta omnia, et singula, præsentibus li-

teras, et testamenta, donationes, codicillos, fideicommissa, legata, ordinationes, derogationes, dispositiones, et alia quæcumque, nec non quæ in præmissis facta sunt, aut fieri contigerit, tam vigore præsentis, quam etiam aliarum concessionum vobis factarum, et deinceps in genere vel in specie faciendarum, cum inde sequitis, et sequaturis, etiamsi vos intra Curiam, aut in quacumque alia mundi parte extra Ecclesias, et Beneficia personalem residentiam requirëntia, qualitercumque qualificata per vos nunc, et pro tempore obtenta, etiam pro vestra sola voluntate, et nulla subsistente causa non residendi, ab humanis decedere contigerit, sub literis rec. mem. Pii PP. IV. Prædecessoris pariter Nostri contra quoscumque Episcopos, Archiepiscopos, et alios Prælatos, nec non Parochialium Ecclesiarum Rectores, cæterosque residentiam personali prædictæ adstrictos extra illam quomodocumque decedentes, septimo Kalendas Decembris Pontificatus sui anno quinto, aut alio veriori tempore emanatis, et sub quibuscumque aliis Constitutionibus, aut revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus Apostolicis, Cancellariæ Apostolicæ regulis ex quibuscumque causis quantumvis maximis, urgentibus, et inexcogitabilibus, etiam in favorem Fidei, et Divini cultus augmentum, ac Consistorialiter etiam a Nobis, et Sede prædicta hactenus, vel nunc, et pro tempore factis, et editis minime comprehendendi, sed semper ab illis excepta, et quoties emanata fuerint, toties in pristinum, et validissimum statum, et etiam sub posteriori data, etiam cum derogationibus, et clausulis, etiam derogationum derogatoriis, irritantibusque, et aliis decretis per vos eligenda apponendis, et latissime specificandis reposita, restituta, et plenarie reintegrata, ac de novo concessa, validaque, et efficacia fore, nec non perpetua firmitate subsistere, suosque plenarios, et integros effectus, quos de jure, stylo, consuetudine, aut alias quomodocumque sortiiri poterunt, ac vim veri, legitimi, et jurati, ac stipulati, validi, et efficacis contractus inter vos ex una, ac Nos, et Cameram præfatam ex altera partibus habere, nec etiam per promotionem ad Ecclesiam Cathedrali, etiam Metropolitanam, aut translationem, vel aliam status, et personæ vestræ mutationem cessare, nec per similes vel dissimiles gratias vobis concessas, et concedendas confun-

Inhibitio contra perturbatores.

Clausulae generales.

di, sed ipsis cumulative in omnibus, et per omnia uti, et si quid in una ex facultatibus hujusmodi defecerit, per aliam suppleri debere, nec Hæredes, Legatarios, ac Loca, ad quos, seu quæ bona, jura, et actiones hujusmodi devenierint, vel quibus relinquuntur, aut Exequutores prædictos ad tertiam seu aliam eorum partem, quam etiam ex nunc vobis, ac Locis, Hæredibus, Legatariis, ac Donatariis prædictis liberaliter concedimus et donamus, Camerae, vel Fabricæ, aut Beneficiis prædictis, etiam pro expeditione contra Infideles, et quibusvis aliis quantumlibet piis usibus solvendum, ac cum eis desuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, sive indultum, aut confirmationem præsentium a Nobis vel Successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia seu confirmatione illius vobis quomodocumque concedenda, de præsentibus mentionem aliquam faciendam ullatenus teneri, nec ad id ulla unquam necessitate cogi posse.

§. 15 Et sic in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et ejusdem S. R. E. Cardinales, nec non pro tempore existentes dictæ Camerae Camerarium, Præsidentes Clericos in quavis Causa, et instantia, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 16. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostris Ostiensi, et Portuensi Cardinalibus Episcopis, ac dilecto filio Causarum Curiae Camerae Apostolicæ Generali Auditori per Apostolica scripta mandamus motu simili, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte vestra desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, vobisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentibus literas, et in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac vos illis omnibus pacifice frui, et gaudere non permittentes vos per quoscumque quavis auctoritate fungentes contra earundem præsentium tenorem indebite molestari, inquietari vel perturbari: Contradictores quoslibet, et rebelles per sententias,

censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis, servatis processibus, censuras, et pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 17. Non obstantibus præmissis, ac piæ mem. Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris etiam nostri de una, et in Concilio Generali edita de duabus diætis, dummodo ultra tres diætis aliquis auctoritate præsentium in iudicium non trahatur, nec non Lateranensis Concilii novissime celebrati de certo Notariorum numero, etiamsi ad illum nondum devenitum fuerit, cui per hoc alias derogare non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, et quibusvis alijs etiam per Nos, et Sedem prædictam editis, et in posterum edendis Cancellariæ Apostolicæ regulis, ac stylo in similibus hactenus observato, ac rec. mem. Alexandri PP. VI. pariter Prædecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Camerae præfatæ deberi, inter alia disponente, necnon ejusdem Bonifacii PP. VIII. per quam concessionibus fructus in absentia percipiendi sine præfinitione temporis fieri prohibentur; ac Pii PP. IV. Prædecessoris etiam nostri de gratis qualescumque interesse Camerae Apostolicæ concernentibus in dicta Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, et registrandis, ita quod præsentibus in eadem Camera nullo unquam tempore registrari facere teneamini, ac similis rec. mem. Urbani PP. VIII. pariter Prædecessoris nostri de pensionibus alias translatis iterum non transferendis, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, et quibusvis alijs Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Legibus etiam Imperialibus, et Municipalibus tam Urbis, quam aliarum Civitatum, et Locorum, in quibus Cives originarii creati existitis, et quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, et Hospitalis prædictorum, nec non quorumvis Collegiorum, et Officiorum dictæ Curiae, et Regnorum, Provinciarum, et Urbis, ac aliarum Civitatum, et Locorum, ac Camerae prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, etiamsi de

Contrariis quibuscumque specialiter derogat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Deputat speciales harum litterarum Executores.

illis servandis, et non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo vos per vos, vel Procuratores vestros præstiteritis forsitan hactenus, vel vos in posterum præstare contigerit juramentum, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, et Hospitalibus, illorumque Præsulibus, seu Administratoribus, et Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus etiam antianis, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, et Locis, aliisque prædictis, ac illorum Communitatibus, et Universitatibus, aliisque personis etiam particularibus, nec non Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Ordinariis, etiam eisdem Cardinalibus, ac dictæ Curie Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiam decimarum, pedagiorum, gabellarum, et onerum Exactoribus, et Appaltatoribus, et aliorum onerum Redemptoribus sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam Nos, et Sedem prædictam etiam consistorialiter, ac de eorumdem Cardinalium consilio, etiam per modum statuti, et constitutionis perpetuorum, ac motu, et scientia similibus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, et aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, etiamsi in eis, ac statutis, et stabilimentis prædictis caveatur expresse vel tacite, quod Urbis nisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis conferantur, quodque nonnullarum Ecclesiarum Beneficia nisi per personas illustres vel nobiles, ac etiam originarios Cives, aut alias certo modo in illis expresso qualificados obtineri non possint, et nulli in Cives Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, et Locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possint, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, et Locis per certum tempus habitaverint, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsitan ad certum valorem ascendentia possederint; quodque Præceptoræ, et alia Beneficia quæcumque dicti Hospitalis tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositione pensionibus Clericis sæcularibus,

et aliis personis, etiam Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quod stabilimentis, et privilegiis prædictis, etiam vigore implicitæ derogationis latissime extendendæ, etiam per quascumque literas Apostolicas, et quasvis etiam derogatoriis derogatorias, efficaciores, et insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio Cardinalium eorumdem fiat, et tunc demum Magistri, et Conventus prædictorum ad id accedat assensus, sintque literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum Magistrum subscriptæ, ac illi, et præfato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, et non alias nec alio modo, et semper in omnibus, quæ sic fient, etiam de simili consilio derogationibus, sit apposita clausula, quod illarum effectum sortiantur de consensu Magistri, et Conventus prædictorum, et non alias, nec alio modo; quodque ipsi Exactores, et Appaltatores, decimas, pedagia, et onera hujusmodi, etiam de exceptis exigere, et illos ad solutionem seu contributionem cogere, et compellere possint, seu debeant. Quibus omnibus illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat in genere, et in specie ad effectum præsentium sufficienter, et expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus, quodque vos primum non feceritis in Ecclesiis hujusmodi personalem residentiam consuetam, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 18. Volumus autem, quod antequam gratia creationis in Nostros, et Sedis Apostolicæ Notarios vobis ut supra facta perfrui valeatis, in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ professionem Fidei juxta articulos pridem a Sede prædicta propositos expresse emittere, et solitum fidelitatis juramentum præstare omnino teneamini.

§. 19. Quodque præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ubique in Judicio et extra, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ.

§. 20. Cæterum volumus pariter atque decernimus, ut illis ex vobis, quibus similes testandi de bonis, ac pensiones transferendi facultates a Roma-

De Fidei professione, et fidelitatis juramento per eosdem emittendis Familiaribus ante creationem in Sedis Apost. Notarios.

Fides transumptorum.

Præsentibus Literæ non suffragantur prædecessorum Familiaribus.

nis Pontificibus Prædecessoribus nostris, quorum respective etiam Familiæ continuè Commensales erant concessæ fuerunt, præsentibus literæ, quoad facultates testandi de bonis, et transferendi pensiones hujusmodi minime suffragentur. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Decembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

## XXVI.

**Confirmatio** quarundam resolutionum Sac. Congregationis Concilii; circa Episcopalia jura erga Regulares, in Diocesi Olomucen, illarumque extensio ad Dioceses Colonien, Monasterien, Hildesimen, Paderbonen, et Osnabruen.

Datum die 11  
Decemb. 1758  
Anno 1.

*Pluries Summi Pontifices de restauranda Ecclesiastica disciplina fuere solliciti, qua de re, cæteris missis, videndæ sunt in Bullario Mainardi Const. Innocentii XII. edit. 1697. Aug. 4. §. 8. pro confirmatione Congregationis super Disciplina Regulari; altera Innocentii XIII. edit. 1723. Maii 13. pro restauranda disciplina Ecclesiastica in Regnis Hispaniarum, et tertia Benedicti XIII. edit. 1724. Sept. 23. §. 1. præcedentis confirmatoria; in hac vero eadem materia quoad Diocesim Olomucen. adest Const. Benedicti XIV. edit. 1755. Oct. 19. vidend. in illius Bullario.*

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei  
ad futuram rei memoriam.

Exordium

§. 1 **I**nter multiplices easque gravissimas injuncti Nobis, licet immerentibus Apostolici Ministerii curas illam potissimum recensemur ut quæ jam recte, sapienterque Sacrorum Canonum Decretis, et Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus, aliisque Ecclesiasticis legibus statuta noscuntur a temporum, hominumque injuriis oblivionis nempe, aut affectatæ ignorantis, seu pravæ interpretationis, et inobservantiæ labe vindicemus, vel ipsismet veteribus legibus, et Constitutionibus opportune renovatis, confirmatis, assertis, vel novis Decretis, quæ in hujus Romanæ Curie Tribunalibus ad peculiarem quidem causarum opportunitatem edita, sed ad generales Canonici

juris regulas exacta cognoscimus Apostolicæ approbationis, et confirmationis Nostræ robore communitis, iisdemque latius promulgatis atque prolatis, prout ad tuendum Ecclesiasticæ disciplinæ vigorem in Domino judicamus salubriter expedire.

Preces porrectæ.

§. 2 Sane ex parte Venerabilis Fratris Nostri Clementis Augusti Archiepiscopi Colonien, et S.R.I. Principis Electoris expositum Nobis fuit tum in ipsa Colonien. Diocesi, tum in aliis videlicet Monasterien, Hildesimen, Paderbonen, et Osnabruen Episcopatibus, quorum ipse regimen et administrationem ex concessione, et dispensatione Apostolicis obtinet nonnullos paulatim succrescere abusus Ecclesiasticæ disciplinæ, suæque Ordinariæ Auctoritati valde perniciosos, atque iis plane similes, quos paucis ante annis hoc mem: Ferdinandus Julius S. R. E. Presbyter Cardinalis de Troyer nuncupatus et Olomucen. dum viveret Ecclesiæ Præsul ad Sedem Apostolicam detulit in dicta sua Olomucen. Diocesi vigere quibusque submovendis, et funditus eradicandis optimum suscepit consilium recurrendi ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ab eadem Apostolica Sede specialiter deputatorum, et causa apud eam introducta adversus Regulares præsertim Sancti Benedicti, ac Cisterciensis, et Premonstratensis Ordinum seu Congregationum Abbates, et Monachos, seu Canonicos Regulares in dicta sua Diocesi existentes sexdecim distincta capita, seu dubia, controversias omnes cum dictis Regularibus vertentes complectentia eidem Congregationi discutienda, et ad juris normam definienda proposuit.

S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum responsa dedit dubiis propositis. ab Olomucensis Ecclesiæ Præsule.

§. 3 Quæ quidem dubia semel, iterumque primo videlicet die VII. Junii Anni MDCCLV., deinde vero die II. Augusti ejusdem Anni in præfata Congregatione urgentibus perspicuis Sacrorum Canonum, et Apostolicarum Constitutionum sanctionibus semel et iterum favore prædicti Ferdinandi Julii Cardinalis et Præsulis resoluta fuerunt, ut patet ex subjecto eorundem dubiorum, et consequentium Decretorum tenore, qui talis est nimirum. Olomucen. Jurisdictionis. Usque ab anno 1665. Episcopus Olomucen. Sacram hanc Congregationem consuluit pluribus propositis dubiis, quæ respiciebant Jurisdictionem suam in Monasteria Sanctimonialium Regularibus Ordinibus

subjecta ad intellectum cognitissimæ Constitutionis Gregorianæ cuius initium est = Inscrutabili = Respondit Sacrum hoc Tribunal, dubiaque proposita definit, sed nondum exequi poterunt.

Enunciantur qui inter Ordines Regulares sese opponant Episcopi Jurisdictioni in Moravia.

§. 4. Præcipui, qui inter ordines Regulares sese opponant Episcopi Jurisdictioni in Moravia, Benedictini sunt Cistercienses, et Premonstratenses. Multa sunt quæ ipsi præsidio exemptionum hactenus gesserunt ad declinandam Visitationem Episcopalem in Parochiis, quæ vel unitæ sunt eorum Monasteriis, vel eorum Jurispatronatus sunt, et jurisdictionem Episcopalem in Monasteriis Sanctimonialium, quorum ipsi curam, et regimen habent. Hæc ferre non valens Eminentissimus Dominus Cardinalis de Troyen Episcopus Olomucen. ductus eo, quo præstat, zelo servandi Sacrorum Canonum, et Constitutionum Pontificiarum dispositionem, atque Ecclesiasticam disciplinam narravit omnia in Visitatione Sacrorum Liniuum, ita ut necesse fuerit etiam auctoritate Sanctissimi Domini Nostri plurâ adhibere remedia, quibus in ordinem redigeretur Regularium illorum adversus Episcopalem Jurisdictionem licentia. Restantem delata fuit ad iudicium Eminentissimorum Patrum; longum esset singula, quæ Regulares sibi debita esse contendunt, capita referre; poterunt Eminentissimi Patres illico ea assequi lectione XVI. Dubiorum, quibus causa omnis collecta fuit quæque hic subijcimus nullo negotio expedienda, cum fere omnia pluries sint in aliis causis definita, vel in ipsa litera Apostolicarum Constitutionum reperiantur expedita. Facta etiam plurima, quæ his Dubiis disputandis causam dederunt, quæque si referrentur, folium in volumen excresceret, legent in libello Emi Episcopi. Cautum quoque fuit decreto ea dubia non esse disputanda, quæ sive ab uno, sive ab altero eorumdem Ordinum Regularium legitime in actis acceptarentur ut fieri velle assertum fuit; quia vero nondum id factum esse scimus, ideo omnia Dubia subijcimus; a Regularibus nihil habuimus.

Libellum Episcopi Olomucen omnia enarrat quæ essent corrigenda.

Enunciantur dubia proposita. Primum dub.

§. 5 Primum, = An Parochi Regulares cujuscumque Ordinis illi sint, et præsertim Premonstratenses, Cistercienses, et Benedictini exercentes curam Animarum Personarum Sæcularium, et non Commercialium in Parochiis in Diœcesi Olomucen. licet illæ Monasteriis exemptis sint unitæ, et annexæ, sive sint de Jure patronatus, etiam si cu-

ra animarum residere dicatur in Abbatibus, Visitationem Episcopi subire teneantur in iis, quæ pertinent ad curam animarum sive Episcopus visitet per se, sive per alium, non obstantibus privilegiis dictorum Monasteriorum, et quatenus affirmative = Secundum, = An dicti Parochi procuracionem solvere teneantur; vocati ad synodum accedere sint cogendi, Festa Diœcesis Populo annunciare et celebrare etc., pariter Chrisma, et olea Sacra ab Episcopo Diœcesano accipere teneantur = Tertium, = An Parochi Regulares etiam si sint Abbates, possint a Superioribus Regularibus ad curam animarum destinari, illamque exercere sine approbatione Episcopi = Quartum, = An Regulares dari in Coadjutores dictorum Parochorum possint a Superioribus Regularibus sine expressa licentia Episcopi, sive potius sit in potestate Episcopi in approbatione Confessoriorum Regularium limitare eorumdem facultates, non solum quoad tempus, sed etiam quoad personas, et loca in quibus debeant confessiones audire = Quintum, = An liceat sive Abbatibus, sive Parochis Regularibus præsertim Cisterciensibus pro libitu, et sine licentia Episcopi pro Parochiis modo unam, modo alteram Ecclesiam, sive Cappellam, in qua Sacramenta a Parochis administrantur Fidelibus Diœcesis Olomucen. constituere = Sextum, = An Prælati Regulares, ubi habent purum Juspatriatus Parochiarum acquisitum, vel cessum a Laicis, quibus in hoc succedunt, teneantur Episcopo præsentare Sacerdotes Sæculares ut antea laici tenebantur, an vero possint substituere Monachos, eosque pro libitu, non salutato Episcopo, remove = Septimum, = An ad Episcopum spectet cura Clausuræ Monasteriorum Monialium Regularibus, et præsertim Cisterciensibus, et Benedictinis subjectarum, eandem clausuram demandare servandam ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini, et quatenus affirmative = Octavum, = An competat Episcopo Prælati Regularibus præsertim Cisterciensibus, et Benedictinis prohibere ne pluries in anno occasione Visitationis ingrediatur septa Monasterii Monialium sibi subjecti sine præsentia ejusdem Episcopi, sive alterius personæ ab eo deputandæ = Nonum, = An possit Episcopus inhibere Regularibus præsertim Cisterciensibus, et Benedictinis ut sine examine Ordinarii Puellas ad habitum et Professionem admittant, et precise ne ad electionem Abbatissarum exempta-

Secundum dub.

Tertium dub.

Quartum dub.

Quintum dub.

Sextum dub.

Septimum dub.

Octavum dub.

Nonum dub.

rum deveniatur, non significato Ordinario die Electionis, cui Episcopus sive per se, sive per alium interesse, et praesidere possit. = Decimum, = An competat Episcopo rationes exigere ab Administratoribus bonorum temporalium dictorum Monasteriorum exemptorum Monialium, et in Administratores delinquentes animadvertere, illosque ad reliquatum solvendum cogere, et prohibere ne dotes alienentur sine Indulto Pontificio et Episcopi licentia = Undecimum, = An Confessarii ab Episcopo approbati ad audiendas Confessiones Fidelium utriusque sexus, possint sine speciali approbatione Episcopi in Confessarios Monialium exemptarum a Superioribus Regularibus destinari, et quatenus negative = Duodecimum, = An saltem dicti Confessarii Regulares pro audiendis Confessionibus unius Monasterii Monialium exemptarum, vel pro una vice approbati censi debeant approbati semper, et pro omnibus Monasteriis Monialium = Decimum tertium, = An Regulares teneantur pro obtinenda facultate audiendi Confessiones sive Sæcularium, sive Monialium se personaliter coram Episcopo praesentare, sive potius sufficiat a Superioribus de sufficientia, et idoneitate testimonium transmitti = Decimum quartum, = An Prælati, et Abbates Regulares possint sine speciali indulto Calices, Campanas, aliaque Vasa sacra, in quibus intervenit sacra unctio, benedicere pro usu alienarum Ecclesiarum = Decimum quintum, = An dicti Abbates, et Prælati teneantur servare Decretum ab Alexandro VII. editum circa usum restrictum Pontificalium Prælati inferioribus concessum = Decimum sextum, = An liceat Regularibus Eucharistiam in propriis Ecclesiis exponere sine licentia Ordinarii, liceatque pariter Regularibus, et praesertim Benedictinis, et Cisterciensibus in propriis Ecclesiis insolitam Imaginem, aut Sacram Reliquiam ab Ordinario non approbatam exponere, et tandem in eisdem Ecclesiis praedicare, non petita ab Ordinario benedictione, aut in aliis Ecclesiis sine Ordinarii licentia =

Resolutiones  
emissae propo-  
sitis dubiis a  
Sac. Congre-  
gatione.

§. 6 Die 7. Junii 1755. S. Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum = Ad primum, et secundum respondit, affirmative = Ad tertium, negative = Ad quartum, negative ad primam partem, affirmative ad secundam = Ad quintum, negative = Ad sextum affirmative ad primam partem, negative ad secundam = Ad septimum,

octavum, nonum, decimum, affirmative = Ad undecimum, negative = Ad duodecimum, decimum quartum, decimum sextum, negative = Ad decimum tertium affirmative ad primam partem, negative ad secundam = Ad decimum quintum, affirmative. Reproposita vero causa sub dubio, an sit standum, vel recedendum a Decisis in casu etc. Die 2. Augusti 1755. = eadem Sacra Congregatio stetit in Decisis = M. Cardinalis Millinus Præfectus = T. A. Furietus Secretarius = Cum autem sicut eadem expositio subjungebat relata Congregationis Concilii Decreta fuerint, subinde in forma specifica a Sa: Mem: Prædecessore Nostro Benedicto Papa XIV. confirmata per suas Apostolicas Literas quarum initium est = Ad solium Justitiæ etc. datas XIV. Kalendas Octobris Anno MDCCLV. Pontificatus Sui XVI., quæ quidem Literæ in præfata Olomucen Diœcesi solemniter publicatæ, et debitæ executioni demandatæ fuerunt, ideoque ad eliminandos abusum in supradictis Colonien, Monasterien, Hildesimen, Paderbonen, et Osnabrucon. Diœcesibus succrescentes, et ad Ecclesiasticæ disciplinæ formam ibidem conservandam, aut restituendam, præcavendasque diuturniores controversias, quæ inter Ordinarium, et Regulares frequenter oriri solent, valde opportunum foret si eadem Decreta auctoritate Nostra ad eas quoque Diœceses ampliarentur, ibique etiam inviolabiliter observanda publicarentur.

§. 7 Idcirco præfatus Clemens Augustus Archiepiscopus, et Princeps Elector Nobis humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis de benignitate Apostolica providere dignaremur. Nos itaque re serio, ac mature perpensa, animadvertentes omnia in superius relatis Decretis contenta, utpote Sacrorum Canonum, et Tridentini potissimum Concilii Sanctionibus conformia, sæpe etiam Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus inculcata fuisse; proindeque æquissimum reputantes providis hujusmodi legibus iterato confirmatis, et promulgatis nova adversus gliscentes abusum Apostolicæ providentiæ præsidia objicere, prædicti Venerabilis Fratris Nostri Clementis Augusti, et Principis Electoris precibus annuentes, exscripta superius Congregationis Concilii Decreta pro Olomucen. Diœcesi emanata, et pro eadem a præfato Benedicto Prædecessore approbata, et confirmata ex certa scientia, et Apostolica auctoritate Nostra iterum approba-

Hæc decreta confirmata fuerunt a Benedicto XIV. 14 Kal. Oct. Ann. 1755-

Eadem decreta executioni demandari postulantur in Diœcesibus Colonien., Monasterien., Hildesimen., Paderbonen., et Osnabrucon.

Illæ decretae Benedicto XIV. pro Olomucen. Diœcesi approbata ampliantur ad Diœceses Colonien., Monasterien., Hildesimen., Paderbonen., et Osnabrucon.

mus, et ad Coloniensem, Monasteriensem, Hildeisimensem, Paderbonensem, et Onasbrucensem Dioceses extendimus, et ampliamus; ita ut Decreta hujusmodi, in recensitis Diocesisibus, eam plane vim, auctoritatem, et executionem habeant, et obtineant, quam haberent, et obtinerent si pro iisdem Diocesisibus nominatim a præfata Congregatione Concilii condita, atque edita fuissent.

Contra iudicari prohibet.

§. 8 Sicque et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, et Apostolicæ Sedis Nuntios iudicari et definiri debere statuimus atque decernimus. Præsentibus quoque Literas cum omnibus in iisdem contentis omnimoda firmitate validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros, effectus sortiri, et obtinere, atque a Regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, Instituti, et Societatis in supradictis Diocesisibus existentibus, aliisque ad quos spectat et pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari volumus, et mandamus.

Contraria removet.

§. 9 Non obstantibus quibusvis etiam Apostolicis, et in Generalibus, Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis Constitutionibus, et Ordinationibus, dictorumque Ordinum, Congregationum, Institutum, et Societatum privilegiis, et indultis, statutis, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, cæterisque in contrarium facientibus, quæ olim præfata Tridentina Synodus, ac Prædecessores Nostri Romani Pontifices adversus Decreta super præmissis a se condita, et ad evitandam, et retardandam eorum, executionem nullatenus obstare voluerunt, quibusque Nos etiam præsentium tenore, et ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus.

Transumptorum fides.

§. 10 Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem ubique fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent originaliter exhibitæ vel ostensæ.

Sanctionem poenalem superaddit.

§. 11 Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostram approbationis, extensionis, ampliacionis, statuti, decreti, voluntatis mandati, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indigna-

tionem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Septingentesimo quinquagesimo octavo. Tertio Idus Decembris. Pontificatus Nostri Anno Primo.

## XXVII.

Confirmatio Decreti Ministri Generalis Ordinis Min. S. Francisci de Observantia nuncupat, pro restitutione ad privilegia, et honores provinciæ Bosnæ Argentinae, licet per aliud Decretum Anni 1757, prævia dismembratione quamplurimorum Conventuum, in custodiam declarata fuerit.

Datum die 15 Decem. 1758. Ann. I

*De dismembratione Provinciæ Bosnæ Argentinae, illiusque divisione in Custodias adsunt Litteræ in forma Brevis Benedicti XIV. die 15 Junii 1754, quæ hic revocantur.*

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1 Pastoralis officii Nostri divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut paternam Religiosorum virorum, qui sese sub suavis arctioris vitæ jugo devoverunt, curam gerentes, ea quæ tollendis animorum dissidiis, stabiliendaque inter eos fraterna concordia provide constituta esse noscuntur, quo firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis Nostri præsidio roboremur.

Exordium.

§. 2 Exponi siquidem nobis nuper fecit Dilectus Filius Philippus de Ochievia Frater expresse Professus, ac ex Minister Provincialis, nec non Procurator specialiter deputatus Fratrum, ac Missionariorum Bosnæ Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum ipse a Dilecto Filio Clemente a Panormo Ministro Generali ejusdem Ordinis decretum obtinuerit super restitutione Custodiæ Sanctæ Crucis Bosnæ Argentinae in Provincia tenoris sequentis videlicet = Decretum = Post diutinas, sæpiusque repetitas, tum apud Generales Ordinis Superiores, etiam in Generalibus Vallisolanis Anni 1740, ac Marciano anni 1756 Capitulis, tum apud Sanctam Sedem instantias ex parte Patrum, Fra-

Causæ hujus Brevis.

Decretum edit. a Clemente a Panormo super restitutione Custodiæ Sanctæ Crucis Bosnæ Argentinae in Provincia.



trum, ac Missionariorum Observantium Bosnae Argentinae pro divisione Conventuum Residentiarum, ac Paræciarum in ipsa Bosna Argentina sub Othomano Dominio existentium, ab aliis Conventibus, Residentiis, et Paræciis, existentibus in Partibus Fidelium Sclavoniae, Sirmii, et Hungariae, cum quibus unicam, eandemque Provinciam adhuc constituiebant Bosnae Argentinae Observantium nuncupatam: prodiit tandem Decretum Nostrum sub die 5 Junii Anno proxime præteriti 1757, in quo, non reluctanctibus ipsis Sclavoniae, Sirmii, et Hungariae Patribus, ac Fratribus, imo vero assentientibus, expetitam tandiu perfecimus divisionem, memoratamque Provinciam Bosnae Argentinae in duas partes ita distribuimus, ut ex Conventibus, Residentiis, ac Paræciis, in partibus Fidelium Sclavoniae etc. etc. constitutis, utpote in numero copiosioribus, novam erexerimus Provinciam, Sancti Joannis a Capistrano in posterum nuncupandam; ex aliis autem existentibus, sicuti prædictum est, in Bosna, sub Dominio Othomano, ob exiguum trium tantum Conventuum numerum, simplicem Custodiam instituerimus, appellandam tamen, et pariter nuncupandam Sanctae Crucis Bosnae Argentinae, prout latius continetur in eodem nostro divisionis decreto: Quod etiam fel. Rec. Benedictus XIV. in forma specifica approbavit, et confirmavit per Apostolicas Literas in forma Brevis, incipientes. Ad Regularis Disciplinae observantiam: sub datam 15 Junii 1757. Sed vix hujus Decreti nostri notitia ad ipsos Bosnenses Fratres pervenit, quod frequentissimis per Literas interpellationibus (misso etiam ad hanc Almam Urbem R. P. F. Philippo ab Ochievia antiquo totius ante divisionem Provinciae ex Ministro, tamquam Procuratore, et ex parte ipsorum Delegato) ad Nos provocarunt, instantissime supplicantes, ne antiquissimam Bosnae Argentinae Provinciam, et ex qua quamplures aliae per Pannoniam, ac Illiricum uti ex matre filiae procreatae sunt, nunc tandem sub Turcico Imperio gementem, ob exiguum Conventuum numerum, in nudam meramque custodiam redactam antiquis, quibus antea gaudebat in ordine prærogativis, honoribus, ac præminentibus expoliari pateremur. Illud quoque in suis precibus addentes, quod etsi apud ipsos tres tantum formales Conventus existant, tamen sex Residentias, quæ propter co-

Provincia  
Bosnae Argentinae in duas  
partes distribu-  
ta per idem  
decretum.

Benedictus  
XIV. die 15  
Junii 1757.  
idem decretum  
confirmavit.

Fratres Bo-  
snaenses ab hoc  
decreto provo-  
cantur.

piosum Fratrum numerum, ibidem inhabitantium, in Conventus formales erigi possent, nisi grave nimis, atque intollerabile Othomano Principi foret tributum impendendum. Possident quoque triginta Paræcias per Universum Bosnae Regnum, Ducatumque Sancti Sabbae diffusas, ubi ad quinquaginta millia vere fidelium, et Orthodoxorum hominum multitudo reperitur, quibus omnibus ipsi tamquam soli Ecclesiastici viri in iisdem Regno, ac Ducatu existentes, magnis incommodis, gravissimisque vitæ periculis inservientes, numerum constituunt Fratrum centum circiter, et quinquaginta, qui sane numerus in pluribus transmarinis Provinciis desideratur quamvis in partibus Fidelium constitutis.

§. 3 Nos itaque, iis stantibus, ad memoratum Decretum Nostrum, Apostolicis literis, ut supra confirmatum ex una parte attendentes, ex alia vero considerantes rationum momenta per ipsos Fratres Bosnenses producta, postquam diu multumque deliberando hæsitavimus, dilatatis tandem paternæ charitatis visceribus, ad pedes Sanctissimi in Christo Patris, et Domini Nostri D. Clementis PP. XIII. per supplicem libellum a Nobis nostroque nomine porrectum, eorum postulationes humiliter demisimus. Sanctitas vero Sua speciali Apostolico Rescripto, de die 21 Octobris 1758 Nobis instantiam remittere dignata est in hunc modum = Sanctitas Sua benigne remisit instantiam, de qua in precibus, eidem Ministro Generali Oratori cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, ut attentis expositis, pro suo arbitrio, et prudentia custodiam Sanctae Crucis Bosnae Argentinae nuncupatam in Provinciam erigat, Constitutionibus Ordinis, literis in forma Brevis Benedicti XIV. sub Dat. 15 Junii 1757 aliisque quibuscumque in contrarium non obstantibus = C. Card. Rezzonico =

§. 4 Hinc est, quod honestis Fratrum Nostrorum desideriis, quantum in Domino possumus annuere volentes, respicientes etiam ad solatium Missionariorum, aliorumque Fratrum Bosnensium, sub gravi Tyrannicæ servitutis jugo, Catholicæ Ecclesiae jurgiter inservientium, utque favoribus nostris excitati ad laborandum in Vineam Domini Sabaoth magis, magisque accendantur; Nos Apostolicam, quam præmisimus, auctoritate fulti, institutam nuper per Decretum nostrum anni præteriti 1757 Sanctae Crucis Bosnae Ar-

Minister Generalis remisit  
hos recursus  
ad S. Sedem.

Rescriptum  
diei 21 Oct.  
1758 quo Pon-  
tifex eidem Mi-  
nistro Generali  
facultates om-  
nes impertitus  
est pro erectio-  
ne Custodiæ  
S. Crucis Bo-  
snae Argentinae  
in provincia.

Custodia  
S. Crucis Bo-  
snae Argentinae  
in provinciam  
restituatur cum  
omnibus anti-  
quis privilegiis

gentinæ Observantium Custodiam in Provinciam restitimus, erigimus, et deputamus, ac in Provinciam restitutam, erectam, et deputatam præsentium nostrarum virtute decernimus, et declaramus, cum omnibus privilegiis, honoribus, et præminentis, quibus ante divisionem, et in Custodiæ restrictionem de jure, aut consuetudine, aut quomodocumque alias uti, frui, et gaudere solebat, ac si in hac parte illud anni 1757 Decretum nostrum nunquam editum, emanatum, ac promulgatum fuisset, firmis tamen, et in suo robore permanentibus aliis omnibus, quæ in eodem Decreto, quoad Conventus, Residentias, Paræcias, per partes Sclavoniæ, Sirmii, et Hungariæ diffusas, in novam Provinciam S. Joannis a Capistrano nuncupandam decrevimus, constituimus, ac declaramus.

§. 5 Et ne ex hac nostra dispositione dissentio aliqua ullatenus oriatur, tum Bosnenses inter, ac Fratres Provinciæ Sancti Joannis a Capistrano super præcedentiæ competentia; tum inter Fratres ipsos Bosnenses, occasione primæ electionis apud eos faciendæ Ministri Provincialis, Custodis, et quatuor Diffinitorum; Volumus, ac pari auctoritate decernimus, quod sicuti restitutæ nunc Provinciæ Bosnæ Argentinæ, illæ honoris, ac præminentie locus convenit, quem ante præfatam divisionem possidebat, ad quem effectum antiquum Sigillum, cum veteri Epigraphe, nempe = Sigillum Provinciæ Argentinæ Bosnæ = Ministro Provinciali Bosnensi ex nunc restituimus, concedimus, et attribuimus; sic Provincia Sancti Joannis, veluti filia, huic tamquam Matri; locum, et præcedentiam cedere debeat. Item Generalibus Ordinibus Constitutionibus inhærentes, et electionem Ministri Provincialis, ac Diffinitorii Provinciæ modo, ut præfertur Bosnæ Argentinæ ad Nos pro hac prima vice reservantes eligimus in Provinciale Ministerium R. P. F. Marcum Dobretich actuale Custodem: in Custodem P. F. Bonaventuram Benich ex Definitorum. In Definitorum PP. FF. Franciscum Bogdanovich, Thomam a Foinieza, Marianum Alinic, et Joannem Ivich a quibus eadem Provincia regi, et gubernari debeat a die præsentium publicationis ibidem factæ donec expleto triennio ad aliam electionem juxta easdem Ordinis Constitutiones deveniendum erit. Præcipimus tandem omnibus Patribus, ac Fratribus, cæterisque curæ nostræ sub-

Nonnullæ præscriptiões pro bono et regulari regimine ejusdem provinciæ.

Electio novorum Officialium provinciæ.

jectis, illis præsertim utriusque Provinciæ tam Bosnæ Argentinæ, quam Sancti Joannis a Capistrano, ut per Sanctam Obedientiam, et sub pœnis contra inobedientes latis, iis nostris Decreti, dispositionis, ac institutionis literis in omnibus, et per omnia obtemperent, et pareant, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Datum Romæ ex Araceli die 24. Novembris anni 1758. F. Clemens de Panormo Miñr Genlis, et Commissarius Apostolicus etc. De Mandato Rm̄i in Christo Patris. Fr. Vincentius Scutaj ex Diffinitoribus et Secretarius Generalis Ordinis.

§. 6 Ipse vero Philippus, quo præinsertum Decretum firmiter subsistat, et servetur exactius Apostolicæ confirmationis Nostræ præsidio communitari plurimum desideret. Nos igitur ipsum Philippum specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus quoque ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Clementis Ministri Generalis Decretum, cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulos juris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

§. 7 Decernentes easdem præsentem Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac Fratribus prædictis plenissime suffragari, et ab illis, ad quos spectat, et in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari.

§. 8 Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus, super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9 Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ et Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, sta-

Injunctio obedientiæ sub sanctione poenali.

Preces porrectas pro confirmatione harum dispositionum a S. Sede obtinenda.

Absolutio a censuris.

Approbatio et confirmatio Decreti Ministri Generalis.

Clausulas præservativas apponit.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

tutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illi alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptio-  
rum fides.

§. 10 Volumus autem quod præsentium Literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Decembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

### XXVIII.

Præscribit modum eligendi tum Abbatem Generalem, tum Procuratorem Generalem Ordinis Monachorum S. Basilii Magni.

Datum die 10  
Januarii 1759.  
Anno I.

*Super alternativa electionum de quibus in præsentibus Literis, videatur Breve Benedicti XVI. edit. 1744. Febr. 7. itemque alterum edit. 1757. Maii 13. in hujus Pontificis Bullario.*

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium

**E**x injuncto Nobis Apostolicæ servitutis munere in eam curam sollicitis studiis intendimus, ut Christi fideles Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo famulantes, sublatis quibusvis impedimentis, in quietis, et pacis amenitate vota sua Domino reddant, ac felicioribus in dies proficiant incrementis.

Causæ hujus  
Brevis.

§. 1 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Alexander Aguado, Abbas Generalis Ordinis Monachorum Sancti Basilii Magni, quod, cum alias, nempe anno MDCCLV in Dieta Generali ejusdem Ordinis, postquam felicis recordationis Benedictus PP. XIV. Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die vii. Februarii MDCCLIV incipientes Romanus

Pontifex expeditas Literas quamdam Alternativam inter Provincias dicti Ordinis in electione, tam Abbatis Generalis, quam Procuratoris Generalis, et Assistentium, aliorumque Officialium Majorum observandam præscripserat, propositum fuisset Dubium = Quinam succedere debeat in locum Abbatis Generalis defuncti, sive ex quacumque causa Generalatus vacaverit: Et quinam in locum Assistentis Generalis, aut Procuratoris Generalis, si pariter quacumque causa prædicta Officia vacaverint? = Eadem Dieta Generalis suam ediderit resolutionem, videlicet = Si Officium Generalis vacaverit ante triennium, tunc eo ipso Assistens Generalis assumet gubernium Religionis, et Procurator Generalis infra spatium trium mensium convocet Dietam Generalem celebrandam in ea Provincia, in qua vacaverit Generalatus, et ipsa Dieta, cui ipse Procurator præsideat, eligat in Vicarium Generalem aliquem ex Abbatibus, sive præsentibus, sive absentibus ejusdem Provinciæ ad complendum sexennium; Quod si Dieta fuerit in voto eligendi in Vicarium Generalem ipsum Assistentem, tunc eligat in Assistentem alium ex Abbatibus ejusdem Provinciæ pariter ad complendum sexennium. Si vero Officium Generalis vacaverit per triennium, tunc Visitator illiusmet Provinciæ, ex qua fuerit Antecessor, aut Visitator antiquior secundum professionem, si fuerit in Provinciis unitis, succedat in locum Generalis, et habeat eandem auctoritatem ac habuerit Antecessor, et primus Definitor gerat vices Visitoris Provinciæ, donec provideatur de idoneo Visitatore ab Abbate Generali. Quando vacaverint Officia Assistentis, et Procuratoris Generalis, tunc Definitorium illius Provinciæ, cujus est Officium vacans, præsentet infra duos menses tres Abbates magis idoneos Patri, Abbati Generali, qui unum ex illis tribus, vel unum ex Definitorio, in Assistentem, vel Procuratorem Generalem teneatur eligere. Cætera Officia, aut Prælaturas, si vacaverint, provideat Abbas Generalis cum voto suorum Assistentium =

Dubia proposita Dietæ Generalis Ordinis super electionibus Officialium Majorum Ordinis.

Resolutiones Dietæ Generalis.

§. 2 Quæ quidem resolutio Dietæ Generalis hujusmodi postmodum, nempe die xxi. Januarii MDCCLVII., cum orta esset lis, et cognitio causæ ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum delata, ejusmodi Cardinalium Congregatio Die-

Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium, Generalis Dietæ resolutiones moderavit.

rae Generalis Resolutionem moderavit, decrevitque ut sequitur = Esse reformandum ad mentem Cap. X. Constitutionum, et succedat actualis Visitator illiusmet Provinciae Abbatis Generalis defuncti usque ad sequens Capitulum Generale; ita tamen, ut dictus Visitator actualis Gubernio Religionis, et potestate Abbatis Generalis potitus, statim eligat alium Visitatorem ejusdem Provinciae duraturum usque ad proximum Capitulum Provinciale. Quando vero vacaverint Officia Assistentis, aut Procuratoris Generalis, tunc Definitorium illius Provinciae, cujus est Officium vacans, et si fuerit in Provinciis unitis, utrumque Definitorium praesentet intra duos menses tres Abbates magis idoneos Patri Abbati Generali, qui unum ex illis tribus, vel unum ex Definitorio in Assistentem, vel Procuratorem Generalem teneatur eligere. Et quoad Officia, aut Praelaturas, si vacaverint, provideat Abbas Generalis ad formam Cap. XIV. Constitutionum =

§. 3. Ac insuper antequam Capitulum Generale ipsius Ordinis ultimo loco in Alma Urbe nostra habitum, cujus idem Benedictus Praedecessor per alias suas in pari forma Brevis expeditas Literas dilectum filium nostrum Prosperum S. R. E. Diaconum Cardinalem Columna de Sciarra nuncupatum, ejusdem Ordinis apud Nos, et Sedem Apostolicam Protectorem, in Praesidentem deputaverat, celebraretur, nonnulla orta essent dubia, et difficultates, ac dissensiones inter Vocales, tam quoad modum eligendi Abbatem Generalem, quam quoad alia ad regimen, et gubernium dicti Ordinis spectantia, ex varia, diversaque primodictarum Literarum super Alternativa in electione Superiorum Generalium observanda editarum interpretatione, ob partium studia, ac propter commodum, utilitatemque suarum respective Provinciarum facta, eisdemque ortis dubiis, difficultatibusque, et dissensionibus, idem Benedictus Praedecessor per suum die xxiii. Maii dicti anni MDCCLVII editum Rescriptum finem imponi mandavit, committendo eidem Prospero Cardinali, et Protectori, praeviis facultatibus necessariis, et opportunis attributis, facultatem condendi, auditis partibus, opportuna Decreta, atque Statuta per praefatum Benedictum Praedecessorem deinceps approbanda, et confirmanda: Vigore autem dicti Rescripti idem Prosper Cardinalis, et Protector, in Ge-

nerali ipsius Ordinis Dieta proponi facere curavit suborta Dubia, et difficultates, ac alia, quae ex memoratis Literis super dicta Alternativa editis, ac minime expressa, et declarata, in posterum oriri possent, ut Dubia, et dissensiones, partiumque studia dirimerentur, et omnia in pace, et quiete fierent, ipsaque Generalis Dieta tres memorati Ordinis graviores Professores una cum ipso Alexandro Abbate Generali deputavit, qui perpensis prius dubiis, omnibusque ortis difficultatibus, suos sensus, unanimi consensu in scriptis eidem Prospero Cardinali, et Protectori, pro bono dicti Ordinis regimine ad dirimenda, penitusque evellenda nova dissidia, dissensiones, et partium studia exhibuerunt; dictusque Prosper Cardinalis, et Protector, utendo facultatibus sibi vigore memorati ejusdem Benedicti Praedecessoris Rescripti sibi attributis, atque demandatis, quaedam condita Decreta edidit tenoris sequentis videlicet =

§. 4. Primo. Officium Consultoris Generalis in dicta Religione temere inductum, atque tam a Capitulo Generali anni MDCCLV, quam a Sacra Congregatione Episcoporum, et Regularium, certis praescriptis legibus regulatum, ex Voto supradictorum Patrum deputatorum, atque ex praeterita experientia, omnino cassamus, supprimimus, atque annullamus; firmo tamen remanente usque ad sequens Capitulum Generale Consultore Generali a postremo Capitulo Generali canonice electo. Possit tamen, si ita pro bono Religionis expediens videbitur, proxima Dieta praedictum Consultorem Generalem ab Officio removere, dummodo eidem aliud Officium Generalitium ad complendum sexennium conferat = Secundo. In electione Abbatis Generalis Hispani juxta Alternativae turnum, ob notoriam dictarum Provinciarum paupertatem, ordo a Sacra Congregatione Episcoporum, et Regularium ita servetur, ut Hispaniarum Provinciae, sive Provincia, quae tres Vocales ad Capitulum Generale non transmittent, jure vocis passivae ad Generalatum, atque alia Officia pro ea vice cadant, atque illud, et illa ad aliam Provinciam, sive Provincias obedientes devolvantur. Vocales autem ex Provinciis Hispaniarum in earum turno saltem erunt respectivi Provinciales, alique duo a Definitoriis cujuscunque Provinciae canonice electi, qui tamen teneantur ad Capitulum secum ferre

Decreta lata a Cardinali Protectore Ordinis, et Praesidente a SSmo deputato quodammodo universa dirimuntur.

Nova orta dissidia super electionum Alternativam eliminavit Benedictus XIV Breve diei 13 Maii 1757.

Electionum a respectivis Definitoriis juratum omnium Religiosorum ad Generalatum idoneorum, ut in casu non interventus novem Vocalium possit cum Apostolica dispensatione, si ita Sanctissimo videbitur, etiam quilibet absens a Capitulo in Generalem eligi. Si vero tres Vocales Hispani in Capitulo Generali praesentes non erunt, pro eadem vice Provinciae Hispanae cadant jure Alternative ad formam Constitutionis san. mem. Benedicti XIV. Tertio. Praevia derogatione Capit. XXXII primae partis Constitutionum Hispaniarum, Vicarii Generalis Officium in Hispania omnino supprimimus, illudque in Italia nullo unquam tempore introducendum volumus, atque mandamus. Quarto. Pro mantentione Abbatis Generalis pro tempore cujuscumque Nationis omnes, et singuli fructus Abbatiae de Rosarno a Sancta Sede assignati absque ulla diminutione cedant; ad sustinendas autem alias impensas ad Officium necessarias, quemadmodum etiam ad mantentionem Officialium Generalium, pecuniarum summam, quam Taxas vocant, modernus Abbas Generalis in Generali Visitatione ab ipso peragenda pacifice statuatur, atque decernatur. Quinto. Inhaerendo Dietarum Generalium Decretis, et constanti Religionis praxi, mandamus, atque statuimus, quod, quemadmodum Secretarius Generalis Italiae, absoluto triennali ejus Officio, ad Abbatiam promovetur, ita Secretarius Generalis Hispanus in turno ad Hispanicas Provincias pertinente, quoties per triennium praedictum Officium laudabiliter expleverit, et actus fuerit Lector Theologiae, vel Jubilatus, obtineat absque alio experimento Gradum Magisterii ad titulum Cathedrae in ordine ad gaudendum omnibus gratiis, loco sedendi, et privilegiis, Magistris de numero, juxta peculiarias Hispaniarum Constitutiones, competentibus; ita tamen, ut, absque antiquioris praedictio, suis loco, et tempore, in Magistrorum de numero ordinem, atque numerum cooptetur. Romae hac die xxv. Nov. MDCCLVIII. = P. Cardinalis Columna de Sciarra =

Preces Pontifici porrectae pro confirmatione resolutionum Sacrae Congregationis Episcoporum, et Regularium, nec non Emi Cardinalis Protectoris, et Dietae Generalis Praesidentis.

§. 5 Cum autem, sicut eadem expositio subjungat, dictus Alexander Abbas Generalis praemissa omnia, nempe tam resolutionem, et moderationem dietae Congregationis Cardinalium ad resolutionem Dietae factam, quam Decreta hujusmodi, quo firmiter substitant, et serventur exactius, Apostolicae Confirmationis nostrae patrocinio communiri

summo opere desideret; Nos piis ejusdem Alexandri Abbatis Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eundemque Alexandrum Abbatem Generalem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censeantes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, praeserta memoratae Cardinalium Congregationis, nec non alia a praefato Prospero Cardinali, et Protectore, condita Decreta, ac omnia, et singula in eis contenta, et expressa, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos, tam juris, quam facti, etiam substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus quibusvis Constitutionibus dicti Ordinis, auctoritate Apostolica etiam confirmatis, in contrarium disponentibus non obstantibus, quibus cautum forsitan est, et reperitur, quod nova decreta contrillarum dispositionem non condantur, nisi particularis mentio de illis, et illorum tenore, facta fuerit, quibus omnibus per praesentes ad praemissorum effectum dumtaxat specialiter derogamus, salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium quoad resolutionem a dicta Congregatione Cardinalium editam circa vacationem Officiorum tam Abbatis Generalis, quam Assistentis, et Procuratoris Generalium.

§. 6 Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quaecumque spectabit, plenissimo suffragari, et ab eis inviolabiliter observari.

§. 7 Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae praefatae Cardinales, etiam de Laterane Legatos, et Sedis Apostolicae Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate

Pontificia dietarum resolutionum approbatio, et confirmatio.

Illi sine appo-  
no in qua alia  
mum edito  
disponant  
sunt? Non  
est? Et sic  
non de his or  
1727

Decretum irritans.

Clausula sublata.

te, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 8 Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, et illius Provinciarum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 9 Volumus autem, quod præsentium Literarum transumptis, seu sumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die x. Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXIX.

Datum die 10  
Januarii 1759  
Anno I.

Francorum Christianissimum Regem hortatur, ut in Gallicis Regnis Universale indictum Jubilæum, et juvare, et promovere dignetur.

*Universalis indicti Jubilæi Constit. relata superius extitit sub Num. VIII.*

Carissimo in Christo Filio Nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo.

Clemens PP. XIII.  
Carissime etc..

Universale Jubilæum per omnem Catholicam Ecclesiam indictum enarrat.

§. 1. Dum intima, atque sincera tenuitatis Nostræ agitione ad implorandam Cælestis auxilii opem in commissi Nobis Universalis Ecclesiæ Regiminis administratione compellimur; dumque indita Nobis totius Catholici

*Bull. Rom. Tom. I.*

Gregis charitas ad Animarum salutem apertis Misericordiæ Divinæ Thesauris dispositioni Nostræ concredit, promovendam Nos urget; facile adducti sumus, ut Prædecessorum Nostrorum vestigiis insistentes, sub ipsum Nostri Pontificatus initium Universale Jubilæum per omnem Ecclesiam promulgandum ederemus; quo conspirantibus in unum Nostris, omniumque Fidelium precibus, necessaria Nobis divinæ gratiæ adjumenta pro Pastoralis Officii omnium sane gravissimi implemento obtinere mereamur, atque omnes Ecclesiæ Filii, novum sibi datum pastorem in specialium beneficiorum largitione agnoscentes, contractarum ex humana fragilitate culparum vinculis soluti, cum Deo et Christo ejus arcto charitatis nexu jungantur, debitarumque sibi pœnarum oneribus levati, viam mandatorum Dei alacriter currere, et ad optatam salutis metam valeant pervenire.

§. 2. Hujus Jubilæi literas Apostolicas in forma Brevis per Galliarum Regnum de more publicandas nunc dirigentes, Majestatem Tuam per has Nostras peculiare in simili forma Brevis Literas enixe rogandam, ac vehementer hortandam censuimus, ut collocatis Nobiscum studiis, saluberrimum hoc opus juvare, ac Regii favoris auxilio Sacris Ecclesiarum Præsulibus impenso, promovere non dedignetur. Idque a perspecto Religionis zelo, quem Majestatis Tuæ cordi insitum novimus, eo facilius obtinere confidimus, quo magis Te intelligere non dubitamus, reviviscente in Populis sincero pietatis cultu, publicarum quoque Legum observantiam, Regnorumque felicitatem constabiliri, ac Reges ipsos, et subjectas illis Nationes, divinæ protectionis præsidio magis communiri.

Christianissimum Regem hortatur ut saluberrimum hoc opus juvare, et promovere dignetur.

§. 3. In præfatis autem Jubilæi literis nullam habendam esse de iis mentionem duximus, qui in tuis Regnis, atque Ditionibus debitam venerationem, obsequium, et obedientiam denegant constitutioni fel. rec. Prædecessoris Nostri Clementis PP. XI. quæ incipit *Unigenitus*, ejusque auctoritatem parvi pendunt, eique temere refragantur; quoniam neminem ignorare arbitratur, Indulgentiarum, Remissionum peccatorum, et relaxationum pœnarum participes fieri nullo modo posse eos, qui pervicaciam hujusmodi non deposuerint. Quod sane Majestas Tua pro eximia sua sapientia, ac pietate, se probe intelligere ostendit, dum et Apostolicæ huic S. Sedi observantiam suam

Causam specialis hujus Brevis exponit.

perspicuis argumentis testatur, Ecclesiæque Decretis obsequenter obtemperat, et omnes sibi subditos eidem constitutioni omnino parere, atque eam, quo par est, honore prosequi cupit. Neque vero dubitamus, quin omnes VV. FF. Nostri Archiepiscopi, et Episcopi, Galliarum Ecclesias nunc moderantes, in eandem Nobiscum hac de re sententiam conveniant; quandoquidem constat, ex ipsis neminem unum esse qui præfatam constitutionem non expresse receperit, eique debitam observantiam, et subjectionem a Fidelibus, Pastoralis suæ curæ concreditis, exhiberi non studeat. Quam quidem adeo perfectam absolutamque unanimam prudentibus consiliis, ac Religiosis Majestatis Tuæ curis potissimum tribuendam esse non ignorantes, eo majori fiducia Te, Carissime in Christo Fili Noster, ortamur, atque impense rogamus ut omnem operam Tuam, Regiæque potestatis præsidium iisdem Animarum Pastoribus præbere non desinas, quo omnes tandem Ditioni Tuæ subiecti in eundem sensum eandemque sententiam adducantur. Ex hoc enim quum satis intelligas, Regnorum Tuorum pacem, et Populorum tranquillitatem magis assequendum, etiam uberem Cælestium Benedictionum copiam in Te, Tuamque Regiam Familiam derivari persenties. Quod Nos ex animo optantes Majestati Tuæ, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ die x. Januari MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

## XXX.

Datum die 12  
Januarii 1759  
Anno I.

Cum Monasterium Murbacen pluribus ab hinc annis fere dirutum et inhabitatum existat, committitur Abbati S. Benedicti ut, relicto antiquo Monasterio Murbaci, novum in Castro Gebrillæ construi facere possit, cui omnia tribuantur antiqui Monasterii privilegia; sub lege, ut relicta semper in loco antiqui Monasterii Ecclesia, et domo, deputetur persona idonea ad animarum curam etc.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Preces portu-  
luc.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Leodegarius a Rothsamhausen modernus Abbas unius Murbacensis, ac alterius Ludrensis Monasteriorum invicem perpetuo, ut asseritur, canonice, unitorum, ac huic Apostolicæ Sanctæ

Sedi immediate subjectorum Ordinis Sancti Benedicti Nullius, seu Basilen Diocesis, quod in loco Murbaci, in quo jam dudum nempe anno circiter DCCXXVI, seu alio veriori tempore a tunc in humanis agente Eberhardo Sveviæ Duce, Monasterium Murbacense hujusmodi fundatum esse probatur, a quo quidem tempore usque ad sæculum decimum inter dicti Monasterii Monachos disciplinæ curam, nullo in contrarium stante vestigio, viguisse pro certo habetur. Post autem dicti Monasterii incendium circa sæculum decimum tertium sequutum, bellorumque injurias, et administrantium incuriam prædictæ disciplinæ vigor, et rigor aliquantum defecit, et deinde ipsa regularitas ante accurata, atque ordinata, irregularis evasit, jam a pluribus annis novum ædificium Cœnobitium una cum Ecclesia intermedia (prioribus partim dirutis, partimque collapsis) tunc existentium Abbatum Prædecessorum suorum cura, et opera inchoatum fuit, quod postea ob mediorem defectum hactenus interruptum, et imperfectum remansit, ita ut Monachi dicti Monasterii ad Castellum Civitatem nuncupatam Gebrillam in Alsatia Basileen Diocesis, per unius lecuæ illarum partium iter, a dicto Monasterio Murbacensi distans, ubi commoratio, et residentia Abbatis Principis Murbacensis existit, ibidem in Sacello aulico eidem Castello adjecto sat quidem apto, et spatiose divina peracturi, et hucusque peragentes confugere adigerentur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Leodegarius Abbas, qui (ut asserit) alias nempe viginti, et forsitan ultra ab hinc annis Coadjutor perpetuus, et irrevocabilis cum futura ad sui favorem successione in regimine, et administratione dictorum duorum Monasteriorum hoc mem: Armando dum vixit S. R. E. Presbytero Cardinali de Rhoan a Soubise, ante sui ad Cardinalatus dignitatem hujusmodi promotionem, perpetuo Commendatario, auctoritate Apostolica, canonice deputatus fuit, ante hac Administrator, et nunc, Successioni loco facto, Abbas Titularis existit, ac pinguioribus mediis, et proventibus, qui ob datam causam sparsi ac divisi erant, provisos remanet, ad construenda necessaria ædificia dicti Monasterii Murbacensis de consensu illius Monachorum capitulariter congregatorum animo sese converterit, qui sic congregati, nec non alii spectatis prohibitatis, et prudentiæ viri ad tanti mo-

Causa hujus  
Brevis.

menti opus rogati, prædictum ædificium cum Ecclesia sibi annexa jampridem incohatum, ut præfertur, male inceptum esse, et si illud juxta formam jam, positam perficeretur, innumerorum sumtuum fundum exhaustire, et tamen imperfectum, et mutilatum remanere unanimiter enunciarunt, ac plerique dictorum Monachorum opinioni concordantes judicarunt, quod ob propositas rationes ad omnimodam ædificii jam incohati destructionem manus injicere oporteret, hocque destructo ob loci Murbacensis, qui locus est solitarius ab omni in suo circuitu urbe, et oppido adjacente omnino nudus, illiusque Terra angusta, et ab omni strepitu, et tumultu humano remota solitudo, horrida, montibus incultis sese in gyro contingentibus, et aspectum solis quasi præcludentibus circumdata, perarduum foret, ut novum ædificium exactum, opportunum, gratumque una cum Ecclesia intra Abbatie prædictæ exigentia constitueretur.

§. 2. Hinc tam pro spirituali, quam pro temporali hujus Monasterii, seu Abbatie Murbacensis bono magis salutare esset, et perspicuum, si Monasterium, Abbatie hujusmodi, cum suis juribus, honoribus, et oneribus, aliisque gratiis, et privilegiis spiritualibus, et temporalibus ad prædictam Civitatem nuncupatam Gebrillam, qua locum mœniis cinctum, et Abbati Murbacensi, et Ludrensi subditum, in quo jurisdictionem temporalem exercet, ac duo Conventus alter virorum, alter vero Mulierum, uterque Ordinis Prædicatorum reperiuntur, ubi Abbatia Murbacensis magna, et lata, quam vulgo Castrum Gebrillense vocant, domum possidet, quæ multo ab hinc tempore ab Abbate, et Monachis Murbacensis Monasterii, illius domo Abbatiali, ut præmittitur inhabitabili facta, occupatur, nec non localis hujus domus sive Castri positio est grata, sana, et apta tam ad conveniens ædificium Abbatiale instruendum, quam ad hortos, et pomarium jam plantatum, seu plantandum; e contra vero situs localis Murbacensis ingratus, angustus, insalubris, et ineptus habetur ab expertibus, transferretur, ibique ædificia requisita cæteris jam existentibus adderentur, aut vero plane nova a solo erigerentur, unde attentis præmissis, si Gebrillæ ædificatio hujusmodi perageretur, non solum functiones Ecclesiasticæ dignius, majorique cum fructu, ac ædificatione populi a Monachis prædictis perage-

rentur, verum etiam ipsi Monachi illius Populo sese utiles redderent, et se ipsos quoque tam pro sacro Tribunali, quam Concionibus, et doctrina, assidue Cathedesi magis idoneos, quibus piis actionibus otium virtutis inimicum eliminarent, studiis diligenter incumbere, et disciplinam ipsam regularem propter habitationes aptiores, gratioresque, quas ibi haberent, ac etiam Populum, quem operum vitæ, et morum inspectorem, atque censorem timerent, ferventius custodirent, ac proinde ipse Leodegarius, accedente dictorum Monasterii Murbacensis Monachorum consensu, prævia derogatione, quatenus opus sit, ultimæ voluntatis dicti Eberhardi pii Fundatoris Monasterium ipsum cum omnibus, et singulis illius Privilegiis, juribus, honoribus, indulgentiis, ac oneribus, nec non suppellectili Sacra, et prophana ad illud spectante, et pertinente ad prædictam Civitatem Gebrillam sibi, et Abbatie prædictæ, ratione directi domini subditam, ad hoc etiam, ut facile inveniantur ii, qui statum Monasticum, ad quem non nisi Nobiles, et qui quatuor utriusque lineæ paternæ et maternæ probationes fecerint, admittantur, et prout experientia docet potius Gebrillæ, quam Murbaci se Deo mancipari cupiunt, amplectantur, facultatem transferendi, ad effectum ibi Monasterium Abbatiale juxta Abbatie exigentiam, atque decorem (remanente tamen Murbaci domo, et Ecclesia Parochiali ad majorem Dei gloriam, multorumque salutem) extruendi per Nos sibi concedi plurimum desideret.

§. 3. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere se benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur ipsum Leodegarium Abbatem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum consilio, attentis expositis, visisque super iisdem iteratis Relationibus

Absolutio  
censuris.

Recensitis  
prius incom-  
dis veteris Mo-  
nasterii, utili-  
tates referun-  
tur, quæ a  
noviter extru-  
endo deriva-  
rent.



Venerabilis Fratris Joannis Octavii Archiepiscopi Chalcedonen. in Dominio Helvetiorum, et Rhetorum Nostro, et Apostolicæ Sedis Nuncio, Discretionis tuæ, Fili Abbas, per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, supradictum Monasterium Abbatiae Murbacensis jam fere collapsum, et pluribus ab hinc annis inhabitatum, non obstante, quod nova ædificia pro eo construendo jam inchoata reperiantur, illaque tamen imperfecta existant, nihilominus novum Monasterium ad eandem Abbatiam Murbacensem omnino, legitimeque spectans, et pertinens, ac pro servitio Abbatis pro tempore existentis utriusque Monasteriorum Murbacensis, et Ludrensis invicem perpetuo unitorum, ut præmittitur, nec non Monachorum dicti antiqui Monasterii Murbacensis, et ab illis, postquam in omnibus suis numeris absolutum fuerit, inhabitandum in Castro Civitate nuncupato Gebrillæ construere, et ad dictum novum Monasterium Murbacense in Civitate Gebrillæ hujusmodi construendum suppellectilia quæcumque tam sacra, quam prophana pro commodo, usuque tum illius Ecclesiæ, tum illius Monachorum, ac ornata antiquæ Ecclesiæ emta, et comparata ad antiquum Monasterium Murbacense, et illius Ecclesiam quomodocumque spectantia, et pertinentia, transferre libere, et licite possis, et valeas, auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatem, et licentiam tribuimus, et impertimur.

Ad noviter Gebrillæ Monasterium construendum transferuntur privilegia, et prærogativæ antiqui Monasterii Murbacensis.

§. 4. Ac insuper eidem Monasterio Ordinis Sancti Benedicti in locum antiqui Monasterii Murbacensis in Castro, Civitate nuncupato, Gebrillæ construendo una cum altero Monasterio Ludrense ejusdem Ordinis perpetuo canonice unito omnibus, et singulis iisdem privilegiis, juribus, facultatibus, honoribus, oneribus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, gratiis, et indulgentiis, quibus Abbas, Monachi, et Ecclesia antiqui Monasterii Murbacensis gaudebant, fruebanturque, et usque ad præsens in antiquo Monasterio hujusmodi usi et gavisivi fuerant, ita ut illius Abbas, et Monachi prædicti in novo Monasterio in Castro Gebrillæ construendo pari modo, et absque ulla prorsus differentia in posterum uti, frui, et gaudere possint in omnibus, et per omnia perinde ac si ipsi in antiquo Monasterio Murbacensi semper remansissent, auctoritate et tenore præsentium perpetuo con-

cedimus, et assignamus, ac quatenus opus sit innovamus.

§. 5. Ea tamen lege, ut tam modernus, quam pro tempore existens Abbas Monasterii Murbacensis hujusmodi in loco antiqui Monasterii prædicti Ecclesiæ, ac domus Parochialis cum deputatione personæ ad animarum curam aptæ, ac idoneæ per Ordinarium loci prius approbandæ semper retinere teneantur, assignata pro illius manutenzione congrua, juxta regionis consuetudinem.

§. 6. Decernentes easdem præsentem Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos de præsentem spectat, et in futurum quomodocumque spectabit plenissime suffragari, ac ab eis inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Cansarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, dicti Eberhardi Ducis Fundatoris, etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Monasterii, et Ordinis præfatorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Præscribitur ut in antiquo Murbacensi Monasterio, provideatur Animarum Curæ de Ordinarium approbatione.

Clausula præservativa.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Contrariis derogat.

## XXXI.

Datum die 15  
Januarii 1759  
Anno I.

Episcopo Miranden. facultatem injungit permittendi in sua Diocesi artium exercitationes, et opera servilia, audita tamen missa, in festis diebus, aliquibus tamen solemnioribus exceptis.

*Hac super re adsunt alia similes Litterae directae Episcopo Angrien. hac ipsa die, et Episcopo Malacitan. pro Abbazia Oppidi Compluti Regii Nullius Toletanae Provinciae, sub die 17 Martii, quae omittuntur utpote huic in omni parte conformes.*

Venerabili Fratri Episcopo Miranden.

Clemens PP. XIII.

Exordium

Venerabilis Frater Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Cum, sicut quaedam sunt, ut inquit Sanctus Leo Magnus Praedecessor Noster, quae nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quae aut pro consideratione aetatum, aut pro necessitate rerum, oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quae vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec praecipis Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum inveniatur adversum. Ea propter Apostolica haec Sancta Sedes, pro paterna erga universos Christianos benignitate quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quae caeteroquin ad majus divini cultus incrementum praescripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessarium inopiam, non sine conscientiae angore contemnuuntur.

Causa hujus  
Brevis sex Populi calamitatibus educta.

§. 2 Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem Fraternitati tuae innotuit, quod in tua Civitate, et Diocesi Miranden. adeo excreverunt calamitates, et angustiae propter praesentium temporum infortuna, ut miseri illius habitatores, incolaeque, ac praesertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persaepe cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis sese addicere pro pane lucrando, et id eo facilius con-

tigit, ob excretum dierum festorum numerum. Ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos itaque, qui Christianidelibus, quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad aeternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem Ecclesiasticae disciplinae rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christianidelibus in praedicta tua Miranden. Diocesi existentibus, ut deinceps omnibus diebus Dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi et sequenti S. Stephani, Circumcisionis, Epiphaniae, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, S. Joannis Baptistae, et SS. Petri, ac Pauli Apostolorum, et Commemorationis Omnium Sanctorum, praeterea quinque dicatis Beatae Mariae Virginis Immaculatae, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non Sancti Patroni, aut Tutelaris cujuslibet loci, pro hominibus ejusdem loci dumtaxat, festis diebus, in quibus integra maneat praecipis obligatio, in reliquis vero festis, sive per hanc Sanctam Sedem praecipis, sive per Synodales ejusdem Diocesis Constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem, quoque Auctoritate nostra Apostolica per te commutari volumus, praecipis praescriptisque (audita missa) laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientiae scrupulo vacare possint, Auctoritate Nostra Apostolica concedas, et indulgeas, permittas ac statuas, praecipias, et mandes.

Praeferendum reperiendum veterasse salutis severiori Ecclesiasticae disciplinae rigori.

Absolutio a censuris.

Exprimuntur solemniores festivitates, quae a praesenti indulto excipiuntur.

In reliqua festivitate quavis, audita missa permittuntur serviles operae.

Contraria re-  
mouet.

§. 4 Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Diocesis præfatæ, illiusque locorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis.

Clausulae de-  
rogatoriae.

§. 5 Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dnm taxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XV. Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

### XXXII.

De regulis servandis in celebratione Capituli Provincialis Provinciæ Franciæ Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis captivorum, quoties casus contigerit celebrandi eadem die Capitulum Generale ejusdem Ordinis.

Datum die 16  
Januarii 1759  
Ann. I.

Clemens PP. XIII.  
Ad futuram rei memoriam.

Exponuntur  
incommoda coin-  
cidentiæ Capitu-  
li Provincialis cum Ge-  
nerali.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Remigius Estevè Frater expresse professus, ac modernus Provincialis Provinciæ Franciæ Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod juxta Constitutiones ipsius Ordinis, Auctoritate Apostolica forsan confirmatas, illius Capitula Provincialia de triennio in triennium die Sabathi ante quartam Dominicam post Pascha Resurrectionis Dominicæ (Dominicam in Cantate nuncupatam) celebrari debent, officiumque Provincialis, in dictis Capitulis electi, tribus precise annis concluditur a Sabatho in Sabatum prædictæ Dominicæ regulariter computandis, ita scilicet, ut triennium, non quidem naturalibus, sed annis Ecclesiasticis constituatur. Capitulum vero Generale memorati Ordinis quolibet sexennio in una Civitate Re-

gnorum Hispaniarum, semper die Sabathi ante Dominicam Pentecostes habetur, seu celebratur, ipsiusque celebratione cum cujusdam Capituli Provincialis celebratione itidem concurrente, Magister Generalis dicti Ordinis pro tempore existens juxta Constitutiones prædictas Capituli Provincialis celebrationem per trimestre antequam Capitulum Generale habeatur anticipate, vel per tres menses post celebratum Capitulum Generale hujusmodi differre valet; ex hujusmodi vero anticipatione, seu dilatione magna evenire solent incommoda, et damna Capitularibus dictorum Provincialium Capitulorum; quæ in hoc casu, nisi hyemali frigore, aut æstivis caloribus celebrari nequeunt, hoc autem præcipue accidit in eadem Provincia, quæ est amplissima cum Provinciis Aquitanicæ, Occitanicæ, Catarci, Agri Ruscinonensis, et Provinciæ constet, ac propterea dictus Remigius Provincialis ad vitandam Concurrentiam Capituli Generalis cum Capitulo Provinciali ejusmodi Provinciæ, et Ordinis, quæ currenti anno MDCCLIX. benedicente Domino, celebranda erunt, ac incommoda, et damna prædicta in præmissis a Nobis provideri, et ut infra indulgeri summopere desiderat.

§. 2. Nos igitur ipsum Remigium specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, celebrationem Capituli Provincialis Provinciæ Franciæ Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, die Sabathi ante quartam Dominicam post Pascha Resurrectionis Dominicæ currentis anni MDCCLIX. ut præmittitur, habendam ad diem Sabathi ante quartam Dominicam post Pascha Resurrectionis Dominicæ anni MDCCLX.; ac deinde toties quoties aderit concurrentia celebrationis Capituli Generalis cum celebratione Capituli Provincialis Provinciæ Franciæ, hujusmodi Capitulum Provinciale prædictum, seu illius celebratio, accedente tamen consensu Superiorum Generalium, servatis de cætero dicti Ordinis Constitutionibus ad annum inde proxi-

Absolutio a  
censuris.

Prorogatur  
Capitulum  
Provinciale ad  
proximum An-  
num quoties  
occurrat cele-  
bratio Capituli  
Generalis.

num dumtaxat, auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo prorogamus, extendimus, et ampliamus.

Provincialis et aliorum Officialium exercitium pariter ad annum prorogatur in casu concurrentiæ binorum Capitulorum.

§. 3. Interea vero temporis dictum Remigium Provinciale, aliosque superiores, et officiales in Capitulo Provinciali ejusdem Provinciæ Franciæ ultimo loco habito, electos, qui regimen, et gubernium Provinciæ prædictæ adierint, susceperintque, aliosque in posterum, eveniente casu, concurrentiæ celebrationis Capitulorum Generalis, et Provincialis eodem anno eligendos, in eorum respective officiis illis respective demandatis cum omnibus et singulis facultatibus, auctoritatibus, prærogativis, præeminentiis, honoribus, gratiis et indultis, quibus hactenus, eorundem officiorum sibi demandatorum ratione, usi, et gavisii sunt, ac uti, et gaudere potuerunt, pari modo ad annum tunc proximum Auctoritate, et tenore præfatis itidem confirmamus, ac confirmatos esse declaramus.

Clausulas præservativas apponit.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis Literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, in futurum plenissime suffragari, et ab eis, respective inviolabiliter observari.

Clausula subblata, et decretum irritans.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac ejusmodi Provinciæ, et ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvi. Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXIII.

S. R. E. Cardinalibus, Archiepiscopis, et Episcopis, aliisque Ecclesiasticis Viris in Comitibus generalibus Cleri Gallicani congregatis, grati animi benevolentiam demonstrat.

Datum die 25 Januarii 1759 Anno 1.

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii Nostri Venerabiles Fratres, et Dilecti Filii Salutem etc.

§. 1. **Q**uam in cunctis vitæ actibus probare contenditis eximiam pietatem, et singularem erga Apostolicam hanc S. Sedem observantiam, adhesionemque assiduis, ac luculentissimis Argumentis, jam omnibus satis perspectam, et exploratam amplius Nobis confirmantur obsequentissimæ Literæ Vestræ, quas ingenti cum Pontificii animi Nostri exultatione accepimus. Iis proinde ac egregiam, quam de Vobis habebamus opinionem non levis accessio facta est, novaque, charitas in Vos Nostra, incrementa suscepit. Eapropter, nedum in causa Beatificationis Venerabilis Famulæ Dei Mariæ Agnetis a Jesu, Ordinis S. Dominici Monialis expresse professæ nullas patrocinii Nostri partes a Vobis desiderari patiemur, sed etiam secundas gratificandi Vobis occasiones avide semper præstolabimur.

Laudibus meritis en prosecutur, eorumdemque litteras accepisse narrat.

§. 2. Pergite porro, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, non solum indefexis vestris laboribus, optimisque exemplis divini Nominis cultu, Sanctorumque venerationem, magis magisque in dies promovere, quo Ecclesiasticæ presertim res certo præsidio muniuntur; verum etiam pergitte infirmitatem Nostram, sub hoc Apostolicæ servitutis onere gementem, ac pene deficientem ferventibus precibus juvare, ut Vestris præclaris de nostra tenuitate Judiciis, ac sensibus aliquando respondeamus. Nos enim quemadmodum in virtute Vestra firmissimum Catholicæ Religionis monumentum locatum esse scimus et lætamur, ita in precationibus Vestris, opportuna imbecillitati Nostræ subsidia constituta esse confidimus. Cæteram, quoad Ecclesiæ Vestræ necessitates attinet, non solum omnia Pontificiæ potestatis, sollicitudinis, vigilantiaque officia illi tribuere, verum etiam pro ea animam nostram ponere parati sumus. Ac vobis dilecti filii pignus præcipuæ charitatis, ac sin-

Eos hortatur, ut divini nominis cultum, Sanctorumque venerationem promovere pergant.

gularis existimationis Apostolicam Benedictionem ex intimis visceribus depromptam elargimur. Datum Romæ die XXIII Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

## XXXIV.

Datum die 51  
Januarii 1759  
Ann. I.

Opus, cui titulus = *de l'Esprit = a Paris chez Durand 1758. in 4. =* damnatur, et prohibetur.

*De perniciosorum librorum prohibitione habes celebratissimam Constit. Unigenitus Clementis XI. edit. 1713. Sept. 8., itemque ejusdem Constit. aliam edit. 1718. Aug. 26., tandem Benedicti XIII. Constit. edit. 1728. Jun. 25. quæ referuntur in Bullario Mai-nardi.*

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium

§. 1. Injunctis Nobis, meritis licet imparibus, Pastoralis Officii sollicitudo postulat, ut sicut Ecclesiis omnibus, disponente Domino, præsidemus, ita quæcumque in Agro Dominico zizania inimicus homo seminaverit, quæ vel morum integritati, vel Catholicæ Religionis Dogmatibus adversantur, iis radicibus evellendis, quantum cum Domino possumus, curam Nostram, operamque impendamus. Sane non sine gravi animi Nostri mœrore intelleximus, nuper Typis evulgatum fuisse, Gallico Idiome exaratum, quemdam Librum, cui Titulus = *De l'Esprit = a Paris Chez Durand in 4. =*, in quo Libro Divinis, humanisque legibus conculcatis, aditus Christianis virtutibus præcluditur, laxantur vitiiis habentæ, Catholica Doctrina convellitur, et fucata interdum verborum calliditate, latissima ad animarum perditionem via sternitur.

Pontificis auctoritate quæ a prælaudata Congregatione proposita fuerant approbantur, et confirmantur.

§. 2. Nos itaque ne Nostro Apostolico muneri deesse videremur, neve perniciosos, qui eo continentur errores, in publicam Christifidelium subversionem latius serpere pateremur, promptam malo medelam parare pro viribus curavimus.

Sacra Congregatio super generali Inquisitione librum = *de l'Esprit =* damnat sub excommunicationis poena Pontifici reservatæ.

§. 3. Quocirca commisimus Ven. Fratribus Nostri S.R.E. Cardinalibus in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus adversus hæreticam pravitatem Apostolica Auctoritate delegatis, ut ad maturum examen Opus hoc vocarent; ut igitur mandatis nostris fieret satis, con-

ventibus primum inter se Theologis ad hoc examen peragendum deputatis, iisque in Sessionibus simul habitis, re omni diligenter perscrutata, suisque Sententiis, et scripto, et voce expositis, demumque relatis in Congregatione eorumdem Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Generalium Inquisitorum coram Nobis habita Feria v. Die XI. Januarii currentis.

§. 4. Nos lectis, atque perpensis doctorum Theologorum consultationibus scripto exaratis, auditisque eorumdem Ven. Fratrum Nostrorum Cardinalium Generalium Inquisitorum consiliis, per has Nostras Apostolicas literas prædictum Librum tam Gallico, quam quocumque Idiome conscriptum, aut Typis impressum, tamquam eversivum Christianæ Religionis, necnon legis ipsius, atque honestatis naturalis, et adoptantem, ac propugnantem perversa, damnataque commenta Epicureorum, atque Materialistarum, refertumque propositionibus impiis, scandalosis, atque hæreticis, damnamus, et reprobamus; et ut exitiosum, damnatumque in eo redundans virus, quantum fieri potest, in Animarum Nobis commissarum detrimentum ultro non effundatur, ipsum legi, retineri, et quocumque Idiome denuo Typis imprimi, aut scripto exarari omnino prohibemus.

§. 5. Præcipimus quoque non modo Bibliopis, ac Typographis, sed cæteris omnibus, et singulis cujuscumque gradus, conditionis, et Dignitatis Personis Ecclesiasticis, et Sæcularibus, aliisque, qui speciali, et individua mentione indigeant, ut, quatenus præfatus Liber, vel in quocumque Idiome impressus, vel etiam manuscriptus ad eorum manus devenerit, statim deferre illum teneantur Ordinariis Locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, seu eorum Vicariis, qui protinus illum comburant, sub pœnis excommunicationis majoris quoad personas Sæculares; quo vero ad personas Ecclesiasticas, etiam Regulares hujusmodi mandato nostro non obedientes, et contrafacientes, sub pœnis suspensionis ipso facto, absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem, et respective relaxationem Nobis, et Successoribus Nostri Romanis Pontificibus pro tempore existentibus reservamus, excepto dumtaxat, quoad excommunicationem prædictam, mortis articulo. Declaramus denique nemini suffragari quascumque licentias scripto, aut voce obtentas, etiam amplissimas, ut vigore

Prohibitio Bibliopis, et Typographis, ne librum hunc retineant sub pœnis excommunicationis poena.

illarum prætendi possit Libri hujus lectio, et retentio, ejusque in posterum retinendi, et legendi facultatem imperitari Nobis tantum, et Successoribus Nostris reservamus.

Prohibitio indicta per simplicem præsentium litterarum publicationem.

§. 6. Ut autem eadem præsentis Litteræ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam prætexere possit, volumus, et auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curie Generalis in Monte Citatorio, et in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui; Sic vero publicatas omnes, et singulos, quos concernunt, perinde affigere, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, et intimatæ fuissent.

Transumptorum fides.

§. 7. Ipsarum autem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eandem prorsus fidem tam in Judicio, quam extra illud ubique Locorum haberi, quæ haberetur eisdem præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxxi. Januarii MDCCLIX, Pontificatus Nostris Anno Primo.

XXXV.

Datum die 31  
Januarii 1759,  
Anno I.

Confirmatur Testamentaria dispositio cl. me. Cardinalis Berozzi quoad institutionem Bibliothecarii in Monasterio Cisterciensium S. Crucis in Hierusalem de Urbe, et privilegia firman- tur, quibus primus, et pro tempore Bibliothecarii uti, et frui futuris poterunt temporibus.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam:

Exordium

§. 1. In supereminenti Apostolicæ Sedis specula, meritis licet imparibus, disponente Domino constituti, et intra Nostræ mentis arcana revolventes quantum et litterarum studiis Catholica fides augeatur, divini numinis cultus pro- tendatur, veritas agnoscat, ac justitia colatur, ad ea, propter quæ litterarum studia hujusmodi ubilibet ex-  
*Bull. Rom. Tom. I.*

tentur, idque facile exequi possit, libenter intendimus, et in iis Nostræ sollicitudinis partes propensius imper- timur, prout pia Christifidelium vota exposcunt, Nosque locorum qualitate pensata in Domino salubriter expedire conspiciamus.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nu- per fecerunt dilecti Filii modernus Præ- sidentis Monachorum Ordinis Cister- cien. Italiæ, nec non Abbates Regimi- nis Provinciæ Lombardiæ ejusdem Or- dinis, quod bo: me: Joachimus, dum vixit S. R. E. Presbyter Cardinalis Be- rozzi nuncupatus, in suo, sub quo ab humanis decessit, condito testamento mandavit, ut ex asse suæ hæreditatis unum Capitale, seu sors principalis consti- tueretur, et Monasterio Sanctæ Cru- cis in Hierusalem, nuncupato prope mœ- nia Almæ Urbis Nostræ existenti, Pro- vincia, et Ordinis hujusmodi, assigna- retur, ac dicti Capitalis, seu sortis prin- cipalis annui reditus impenderentur, seu præberentur manutentioni unius Monachi ejusdem Monasterii in illius Bibliothecæ custodem, seu Bibliothecarium eligendi, qui insimul onus haberet Collegiales Monasterii prædicti instituendi Græcis et Hæbraicis literis, ac insuper ut honorificentia ejusdem Monachi ad officia Bibliothecarii, et Linguarum prædictarum electi consu- leret, subjunxit = Prego il Padre Ab- bate Procuratore Generale de' Cisterciensi nostri di Lombardia d'ottenere un Breve, in cui al sudetto Bibliotecario si conceda la voce attiva e passiva al Capitolo Generale, dopo che averà fatto sette anni di Bibliotecariato, e dopo che averà fatti altri dieci anni nel medesimo esercizio di Bibliotecario, che sia Abbate Titolare, sempre durando gli il sudetto voto al Capitolo Generale, e di ciò ne prego umilmente la Santità di Nostro Signore Regnante, acciò accordi la grazia di questo Breve =, et alias prout in ipsius Joachimi Cardinalis testamento uberius dicitur contineri.

Tenor Testa- mentariae di- spositionis Car- dinalis Berozzi.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ipsi exponentes qui (ut asserunt) testamentariam dicti Joachimi Cardinalis dispositionem, prævia etiam Bibliothecarii electione, perfecerunt, honorificentiam dicti Bibliothecarii per Nos statui, et declarari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Preces porre- ctæ.

Absolutio a  
censuris.

§. 4. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, ac testamenti prædicti tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, et inserto habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, moderno, et pro tempore existenti Bibliothecario Bibliothecæ Sanctæ Crucis in Hierusalem Ordinis Cisterciæ Provinciæ Lombardiæ hujusmodi a Patribus definitorii in Capitulo Generali, vel a Patribus Regiminis electo et nominato, ac in posterum ab iis ad quos spectat, et spectabit in futurum eligendo, et nominando, qui munus Bibliothecarii sibi demandatum una cum lectura Linguarum Græcæ, et Hebraicæ juxta testamentariam ipsius Joachimi Cardinalis dispositionem per septem annos strenue et laudabiliter expleverit, ut absoluto septennio officii, seu muneris hujusmodi, titulo magistri cum voce, et voto activo, et passivo in quibusvis Capitulis Generalibus ejusdem Ordinis, eodem modo, et forma quibus aliarum scientiarum Professores ejusdem Ordinis gaudere pergunt, uti frui, et gaudere libere et licite possint, et valeant, Auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo concedimus, et indulgemus.

Facultas eligendi Bibliothecarium in Abbatem titulare post annum decimum septimum a prima nominatione.

§. 5. Ac insuper dilectis filiis Definitoribus dicti ordinis tempore Capituli Generalis, extra vero dicti Capituli tempus, Abbatibus Regiminis, seu vulgo del Regimento Provinciæ Lombardiæ hujusmodi, ut ipsi eandem Bibliothecarium, Lectorem, et Magistrum, postquam tamen per decem alios annos continuos, absoluto, ut præfertur, septennio munus sibi demandatum itidem expleverit, in Abbatem etiam Titularem dicti Ordinis cum voce activa, et passiva in eisdem Capitulis Generalibus, aliisque privilegiis, gratiis, indultis, honoribus, præeminentiis, exemptionibus, et prærogativis, quibus caeteri Abbates memorati Ordinis utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, eligere, eumque ad Abbatiam Regiminis habilitare, ac habilem, et capacem facere, et declarare possint, et valeant, facultatem per easdem præsentis, auctoritate et

tenore præfatis itidem perpetuo tribuimus, et impertimur.

§. 6. Ne autem ex multiplicitate eorum, qui tractu temporis eisdem privilegiis gaudere possunt, aliquod Ordinis prædicto præjudicium inferatur, et ordo ipse detrimentum patiat, auctoritate, et tenore præfatis perpetuo statuimus, decernimus, et ordinamus, ut si contingat plures esse, ac reperiri Monachos, qui munus prædictum per præscriptum tempus expleverint, unus dumtaxat, et ille solus, qui primus inter alios septennium in exercitio muneris Bibliothecarii absolverit, titulum magistri cum voce activa, et passiva in Capitulis Generalibus, sicut præmittitur, consequatur, illique titulum hujusmodi solum assignetur, ac inter eos, qui per septem et decem annorum spatium officium prædictum exercuerint, unus pariter dumtaxat, qui dignus sit ac censeatur, in Abbatem titularem eligatur, ac eligi possit cum voce activa, et passiva in dictis Capitulis; ita ut Abbates Regiminis hujusmodi vulgo del Regimento, aut Definitores tempore Capituli Generalis nullo unquam tempore alterum magistrum, uno jam declarato, et existente, qui hoc privilegio gaudeat, aut alterum Abbatem Titularem uno pariter existente, et nominato, qui ratione dicti Officii Abbatiam titularem obtineant, eligere, deputare, aut nominare possint, et si secus fecerint, nominatio et electio nulla sit eo ipso, nulliusque roboris vel momenti existat, poterunt nihilominus plures etiam ex illis, qui prædicto officio functi fuerint, si alias idonei reperiantur, eligi ac deputari ad Abbatiam Regiminis, sive Gubernii. Insuper si aliquis eorum, qui absolutis præscriptis annis pro assequendo Magisterii titulo, vel Abbatiali etiam titularis dignitate in Alma Urbe prædicta, et in Monasterio præfato remanere desideraverit, et in eo remanere minime possit, nisi prius licentiam, consensumque dictorum Patrum Definitorii, vel Regiminis Ordinis prædicti obtinuerit; obtenta vero licentia et consensu prædictis, in exercitio Bibliothecarii, et Lecturæ hujusmodi continuare omnino teneatur, et debeat, alioquin licentia, et consensus præfati ei minime suffragentur.

Quoties plures reperiantur Monachi, qui munus Bibliothecarii statuto tempore exercuerint, primum tantummodo privilegium gaudere posse decernit.

§. 7. Decernentes easdem præsentis Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tem-

Clausulas præservativas apponit.

pore quodcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari.

Clausula subblata, et decretum irritans.

§.8. Sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.9. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ et Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat spacialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxii. Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXVI.

Datum die 5 Februarii 1759 Anno I.

Plenariam indulgentiam impertitur Universis Christifidelibus, qui tertia Dominica post Pascha Resurrectionis, et septem diebus immediate sequentibus, aliquam Ecclesiam Fratrum, et Monialium Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum Excalceatorum visitaverint.

Clemens PP. XIII.

Universis Christifidelibus præsentis Literas inspecturis Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Ad augendam Fidelium religionem, et Animarum salutem cælestibus Ecclesie thesauris pia charitate intenti, ac supplicationibus Dilecti Filii Michaelis Raymundi a S. Josepho Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum Excalceatorum nuncupat. Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus

Bull. Rom. Tom. I.

vere pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum, et Monialium dicti Ordinis, tam erectis, quam in posterum erigendis ubicumque existentibus tertia Dominica immediate sequenti festum Paschatis Resurrectionis Dominicæ, qua ex peculiari hujus Sanctæ Sedis indulto festum Patrocinii Sancti Josephi celebratur, ac septem diebus immediate sequentibus a primis vesperis Dominicæ prædictæ usque ad occasum Solis ultimi diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesie exaltatione, piis ad Deum preces effuderint, plenariam semel tantum quolibet anno spatio octo dierum prædictorum per unumquemque Christifidelem lucrificandam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu Procuratoris Generalis pro tempore existentis, et Sigillo ejusdem Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die v. Februarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXVII.

Plebanos pro tempore Collegiæ Ecclesie S. Felicis Venetiarum, in qua Summus Pontifex Sacro Baptismate fuit regeneratus, in Apostolicos Notarios recipit, eisque Prælatium habitum elargitur gestandum intra prædictam Ecclesiam.

Dat. die 10. Febr. 1759. Anno I.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **I**ndumentorum, Vestiumque in Sacris Ministeriis obeundis distinctionem, tum ad Majestatem ministeribus, quæ exercentur, commendandam, tum ad augendam Ecclesiarum dignitatem, tum ad eam in Ministrorum animis cogitationem ingerendam,

Sacrarum Vestium distinctio plurimum confert ad augendam Ecclesiarum dignitatem, tum ad Ecclesiasticorum Virorum virtutem augendam,



ut quemadmodum ab aliis singuli, vestium, indumentorumque splendore, ac prærogativa secernuntur, ita etiam virtutum singulis Officiis conjunctarum ornatu, et augmento illis præstare studeant Ecclesiasticis Viris pro unius, cuiuscumque Ordine, et gradu a Prædecessoribus Nostri Romanis Pontificibus concessam, præscriptamque esse intelligentes, qua majori Pontificiæ Dignitatis propensione ad Prælatitiorum insignium usum cæteris aliarum conspiciuarum Ecclesiarum Ministris imperiendum ducimur, eo majori præcipue charitatis studio fas est, ut Patriæ nostræ, in qua orti sumus Ecclesias, aliis non inferiores eorundem Insignium honore decoremus.

§. 2. Ea propter cum in Seculari Collegiata, et Parochiali Ecclesia in Dei honorem Sancto Felici dicata Civitatis Venetiarum, in qua Nos Sacrosancto Regenerationis lavacro abluti fuimus, præter nonnullos Presbyteros ejusdem Ecclesiæ servitiis addictos, Plebanus institutus reperiatur, hinc est, quod Nos, ut Inculentum etiam, ipsa S. Felicis Ecclesia, Apostolicæ Nostræ benignitatis testimonium in perpetuum retineat, modernum, et pro tempore existentem dictæ Secularis Collegiatae, et Parochialis Ecclesiæ S. Felicis Civitatis Venetiarum Plebanum in nostrum, et Sedis Apostolicæ Notarium, auctoritate Apostolica, tenore præsentium recipimus, et admittimus, ac aliorum Nostrorum, et ejusdem Sedis Notariorum numero, et consortio favorabiliter aggregamus, ipsique moderno, ac pro tempore existenti Plebano Ecclesiæ prædictæ, ut ipsi, habitum Prælatitium, et Rochettum in quibusvis Ecclesiasticis functionibus, intra prædictam Ecclesiam pro tempore habendis, ac in publicis Processionibus, ratione dictæ Ecclesiæ dumtaxat ibidem pro tempore faciendis, (non autem in publicis functionibus, et Processionibus ejusdem Civitatis) gestare, ac omnibus, et singulis honoribus, et præeminentiis, indultis, favoribus, privilegiis, exemptionibus, et prærogativis, quibus alii nostri, et dictæ Sedis Notarii, tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti potiri, et gaudere possint, ac poterunt quomodolibet in futurum, pari modo (absque tamen aliorum Nostrorum, et ejusdem Sedis Notariorum de numero participantium præjudicio, et citra exemptiones à Sacro Concilio Tridentino sublatas, ita ut nedum quoad Criminalia, sed etiam

quoad Civilia subiaceant Ordinario, ac facultates legitimandi, ad gradus promovendi, et Notarios creandi, aliaque similia Privilegia eisdem Notariis de numero participantium concessa, seu ab eis prætensa, quibus nullibi uti valeant, et si secus ab eis factum fuerit, irritum, et inane existat), uti potiri, et gaudere libere, et licite valeant, ac quilibet eorum valeat, Auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemur.

§. 3. Non obstantibus Lateranensis Concilii de certo eorundem Notariorum numero, cui per hoc alias non intendimus derogare, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Collegii dictorum Notariorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod antequam tam dictus modernus, quam pro tempore existentes Plebani prædicti præsentis gratiæ effectu perfrui valeant; in manibus alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ, professionem Fidei juxta Articulos pridem a Sede prædicta propositos, emittere; et solitum Fidelitatis juramentum præstare omnino teneantur. Cæterum non intendimus per hujusmodi receptionem, admissionemque, tam de moderni, et pro tempore existenti Plebani ejusmodi persona in Nostrum, et dictæ Sedis Notarium a Nobis sponte factam aliquod præjudicium inferri legitimo Collatori, seu Collatoribus Plebanæ prædictæ, ita ut quandoque illa ex persona, tam moderni, quam pro tempore existenti Plebani prædicti vacaverit, ab eodem, seu eisdem Collatore, et Collatoribus, ad quem, et quos collatio legitime spectat, conferri, et de ea provideri libere, et licite possit, debeatque, et teneatur, perinde ac si præsentibus Nostræ Literæ nunquam expeditæ fuissent. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die x. Februarii MDCCLIX.

Contrariis derogat.

Mandat Plebanos pro tempore antequam præsentis gratiæ perfrui valeant, Fidei professionem emittere, et fidelitatis juramentum præstare debeant.

Jura Collatoris Plebanique sacra, tecta, que servat.

Narrat in Collegiata Ecclesia S. Felicis Venetiarum se esse Sacrosancto Religiosis lavacro ablutum.

Plebanum Collegiata S. Felicis Apostolicum Notarium creat, eundemque, et successores Prælatio habito donat in perpetuum.

## XXXVIII.

Datum die 15  
Februarii 1759  
Anno I.

Puellas, ne recipiantur ad habitum Religionis Monasticæ ante dotis depositum prohibet, pœnasque contra inobservantes indicit.

Quæcum fuerint præcedentes regulæ quoad Monachandas Puellas exprimit.

De regularum prædictarum inobservantia conquiritur.

§. 1. Ci è stato rappresentato, che nella Segreteria del Vicariato di Roma sia stata per molto tempo osservata con esattezza la regola providamente stabilita di non ammettere alla Vestizione dell' Abito Religioso quelle Fanciulle, per le quali non sia prima depositata nel Monte della Pietà, o Banco di S. Spirito l' intera Dote, e non sia stata in seguito consegnata al Notaro della Segreteria la fede autentica del Deposito. Che da qualche tempo in quà il Notaro della Segreteria in vece di ricevere l' accennata fede di deposito, abbia introdotto l' abuso di contentarsi di qualunque obbligo o promessa si faccia da persona ancora poco solvibile; per lo chè non potendo questa fare lo sborso effettivo nel tempo stabilito, debba trattarsi la Professione della Monacata. Che nell' anno della probazione alcune Novizie così vestite, in vece d' attendere unicamente alla vita ritirata, quieta, e lontana affatto dalle sollecitudini mondane, sono obbligate a procurar i mezzi perchè in fine dell' anno sia pronta la Dote; si domandino rescritti Pontificj d' abilitazione, di coazione ai Luoghi Pii, e simili straordinarij provvedimenti.

Præcedentium sanctionum observantiam imperat.

§. 2. Ai quali inconvenienti tutti volendo Noi rimediare, e contribuir insieme per quanto può da Noi dipendere, che l' anno del Noviziato si passi dalle Religiose in azioni puramente devote, che possino ottener loro da Dio quello spirito di perfezione, al quale s' incamminano; con la presente Cedola di Moto proprio, ordiniamo a Voi, che in avvenire non permettiate, che si ricevino all' Abito Religioso quelle, che non avranno depositata nel Banco di S. Spirito, o Monte di Pietà l' intera Dote, che è dovuta al Monastero, nel quale vogliano professare; e ne pure permettiate alle Monache di convocar il Capitolo per ricevere alla Vestizione effettiva la Novizia, se prima non sarà fatto l' intero deposito, come sopra; del quale si dovrà leggere in Capitolo il documento autentico.

Pœnas, in casu inobservantia incur-

§. 3. E se per qualunque eventualità le Religiose mancassero a questo

presente Regolamento, vogliamo, che la Superiora resti sospesa dal suo impiego, e solamente da Noi possa essere reintegrata; e che il Monastero, e Religiose abbino perduto il diritto di domandare la Dote all' Educanda vestita, e debbino contentarsi solo di quella somma, che sin a quel tempo sarà depositata. Ci contentiamo solamente per una ragionevole equità, che quelle Fanciulle quali già sono state accettate per Religiose con le solite formalità di dovute licenze, atto Capitolare ec. non restino soggette a questa nostra disposizione. Volendo nel resto, che questo nostro presente Chirografo sia pienamente eseguito secondo la sua forma, e tenore; non ostante qualsivoglia consuetudine in contrario. Dato dal Nostro Palazzo Apostolico a Monte Cavallo questo dì XIII. Febraro MDCCLIX.

rendas, indicit.

## XXXIX.

Ut personæ Ecclesiasticæ Seculares, servitio Monasterii, Ecclesiarum, et Granciarum Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti addictæ quæ Divinum Officium, horasque Canonicas recitare debent, donec in servitio perduraverint, Divinum Officium juxta ritum Monasticum recitare possint, indulget.

Datum die 14  
Februarii 1769  
Ann. I.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Anselmus Bortoletti Abbas, et Procurator Generalis Monachorum Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti, quod in ipsa Congregatione positum est in more, ut quamplurimi Abbates, pro servitio Sacrarum Ecclesiarum etiam Parochialium Monasterii ipsius Congregationis unitarum, ac Granciarum ad Monasteria hujusmodi spectantium, retinere pergant unam, seu plures personas Ecclesiasticas Seculares, quæ divinum officium, horasque Canonicas de jure recitare tenentur, et quia dictæ personæ Ecclesiasticæ, choro una cum Monachis dictæ Congregationis interesse, ac officium divinum, horasque hujusmodi juxta ordinem, seu Ritum Monasticum canere, seu recitare solent, eisdem personis Ecclesiasticis Secularibus subinde

Causæ hujus Brevis.

valde onerosum; incommodumque foret, si divinum officium, horasque Canonicas juxta Ritum Romanum de novo recitare deberent, ac propterea ipse Anselmus Abbas, et Procurator Generalis tam suæ, quam aliorum Abbatum ejusdem Congregationis, et personarum Ecclesiasticarum Secularium hujusmodi conscientiae per Nos consulere; ac in præmissis opportune providere plurimum desiderat.

Absolutio a  
Censuris.

§. 2. Nos piis dicti Anselmi Abbatibus, et Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censes, supplicationibus ejus nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus et singulis personis Ecclesiasticis Secularibus, servitio Monasteriorum et Ecclesiarum, ac Granciarum dictæ Congregationis addictis, nunc, et pro tempore existentibus, ut donec et quousque in servitio prædicto perduraverint, si divinum officium horasque Canonicas recitare tenentur, absque ullo conscientiae scrupulo officium divinum, horasque canonicas juxta ritum dictæ Congregationis, seu dictionum Monasteriorum, in quibus ipsi existunt, seu servitio addicti reperiuntur, etiamsi in Choro una cum aliis Monachis minime præsentibus sint, recitare possint, et valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo concedimus, permittimus et indulgemus.

Facultas personis Ecclesiasticis Secularibus Monasterii, vel Granciarum, cujusvis servitio addictæ, recitandi Divinum Officium juxta ritum Monasterii.

Clausula sublatæ, et decretum irritans

§. 3. Decernentes easdem præsentibus Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, provincialibusque, et Synodalibus Conciliis etiam generalibus Constitutionibus, et Ordinationibus, ac Ordinibus, et Congregationis hujusmodi etiam juramento, con-

firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, et innovatis.

§. 4. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem ut præsentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XIV. Februarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Contrariis derogat.

Transumptorum fides.

## XL.

Confirmatur Resolutio Congregationis Episcoporum, et Regularium, qua declaratum fuit, Breve Benedicti XIV. super mutatione pallii indulta Fratibus Donatis Provinciae Hispanicæ, ad alios Lusitanicæ Provinciae non esse extendendum.

Datum die 17. Febr. 1759 Anno I.

*Breve Benedicti XIV. de quo hic est sermo, habetur integre extensum in præsentibus.*

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias pro parte Dilectorum Filiorum moderni Provincialis Provinciae Sancti Philippi Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Excalceatorum nuncupatorum Regni Lusitanicæ, cæterorumque Superiorum ejusdem Provinciae Nobis exposito, quod alias nempe anno MDCCLIV. tunc existens Præpositus Generalis, ac Definitor Generalis Congregationis Hispanicæ ejusdem Ordinis moti ab enixis flagitationibus cl. me. Philippi V. dum vixit Hispaniarum Regis Catholici, fel. rec. Benedicto PP. XIV. Prædecessori Nostro exponi facere cu-

Preces porrectæ.

raverunt flagrans desiderium ejusdem Philippi Regis, ut Fratribus Donatis ejusdem Congregationis in Regnis Hispaniarum degentibus, et professis, dimisso Pallio grisei coloris, quo ex præscripto Constitutionum ipsius Congregationis, auctoritate Apostolica confirmatarum, usque tunc usi fuerant, Pallio albo indui permitteretur, idem Benedictus Prædecessor indultum hujusmodi eisdem Fratribus Donatis Hispanicis per suas literas in simili forma Brevis expeditas concesserat.

Refertur breve Benedicti XIV., quo Fratribus Donatis Hispanicis concessa fuit grisei pallii in album immutatio.

§. 1. Tenor autem Literarum prædictarum est qui sequitur, videlicet = Benedictus PP. XIV. Ad futuram rei memoriam. Injunctum nobis desuper Apostolicæ Servitutis officium Nos inducit, ut nostræ operationis studia circa ea sedulo dirigamus per quæ personarum sub suavi Religionis jugo Domino famulantium commodis valeat provideri. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filii moderni Præpositus Generalis, ac Definitorium Generale Congregationis Hispanicæ Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Excalceatorum nuncupatorum, quod alias Carissimus in Christo Filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, ab ipsis exponentibus enixe efflagitavit, ut Fratres Donati solemniter professi, dimisso Pallio grisei coloris, quo ex præscripto Constitutionum Congregationis, et Ordinis hujusmodi, Auctoritate Apostolica confirmatarum, huc usque usi fuerant, Pallio albo induerentur, et in posterum habitum similem et conformem cum aliis Fratribus Conversis solemniter itidem professis gererent, deferrentque. Ipsi vero Exponentes debita, qua decet, reverentia, humilitate, parique veritate eidem Philippo Regi responderunt, se hac in lege nec dispensare, nec in ea ac aliis ad universale Congregationis hujusmodi regimen per Constitutiones præfatas sancitis, præscriptis, et præfinitis ad hanc Sanctam Sedem recurrere posse absque licentia, et consensu totius Capituli Generalis. His non obstantibus idem Philippus Rex pro hujusmodi mutatione de novo urgentius instetit, ac Dilecto Filio Nostro Trajano Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali Aquaviva nuncupato, ipsius Philippi Regis apud Nos, et hanc Sanctam Sedem Oratori dedit in mandatis quatenus Nobis supplicaret ut eisdem Exponentibus facultatem indui faciendi Pallium album memoratis Donatis concederemus. Nobis propterea dicti Exponentes hu-

militer supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur piis eorundem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ipsorumque Exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innotati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito prius Dilecto quoque Filio Vincentio a Conceptione Fratre expresse professo ejusdem Congregationis, ac illius in Romana Curia Procuratore Generali specialiter deputato, qui Nobis retulit dicti Exponentes ipsius Philippi Regis desiderio satisfieri cupientes, pro certo habentes, neque dubitantes super præmissis de consensu Capituli Generalis, et approbatione totius Congregationis, ob tot Beneficia a dicto Philippo Rege dictæ Congregationi usque nunc præstita, et quæ in posterum Congregatio ipsa in ejus augmentum, et propagationem, ac patrocinium in universis Hispaniarum Regnis, ac Indiarum partibus eidem Philippo Regi subjectis recipere posse sperat, modernis Præposito Generali, ac Definitorio Generali memoratæ Congregationis non obstante quod per Constitutiones prædictas cautum præscriptumque reperitur, et in præmissis absque consensu Capituli Generalis ad hanc Sanctam Sedem recursus haberi non possit, nihilominus ad mutationem dicti habitus, quo Donati præfati ejusdem Congregationis, juxta illius Constitutiones, semper usi fuerunt, in habitum per Fratres Conversos, seu Laicos expresse professos, per Hispaniarum Regna deferendum deveniendi in omnibus, et per omnia perinde ac si mutatio prædicta a toto Capitulo Generali petita, et obtenta fuisset; Præterea eidem Præposito Generali, ac Definitorio Generali omnia, quæ ad hujusmodi mutationem habitus pro Fratribus Donatis hujusmodi expresse, seu solemniter professis attinet faciendi, ac ordinandi, nec non Constitutiones hujusmodi hac in parte abrogandi (prout Nos per præsentibus abrogamus), aliaque in præmissis, quæ ad bonum regimen, et regularem observantiam, quoad hanc mutationem habitus, quomodolibet occurrere et permit-

tere possint, de novo faciendi, condendi, ordinandi, ac stabiliendi, ita ut præmissa omnia per dictos Exponentes facienda, condenda, ordinanda, ac stabilienda in posterum rata, firma, ac valida intelligantur, ac suum sortiri debeant effectum perinde ac si a Nobis ipsis gesta, rata, et confirmata fuissent, plenam, liberam, et omnimodam facultatem, et auctoritatem, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, tribuimus et impertimur. Decernentes easdem præsentis Litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari et definiiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod Donati hujusmodi, qui professionem simplicem dumtaxat, non autem solemnem, ut dicitur nondum emiserunt in eo, habito per Constitutiones prædictas præscripto remanere debeant, nec in præsentis concessionem intelligantur comprehensi, minusque per præsentis eidem Congregationi, seu illius Superioribus intendimus ablatam esse facultatem habendi Fratres Donatos cum primodicto habitu, dummodo solemniter professi non sint; ac ut earumdem præsentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio et extra ubique locorum adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ

apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Maii MDCCLXIV. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

§. 2. Et in eadem expositione subjuncto, quod perventa notitia præinsertarum Litterarum, et privilegii ad Fratres Donatos ejusdem Congregationis in Lisbonen. Provincia professos, et degentes, rumore excitaverant, Privilegium hujusmodi ipsos etiam comprehendere, coque et ipsos frui, et gaudere posse, ac propterea institerant apud cl. me: Joannem dum vixit Portugallia, et Algarbiõrum Regem Fidelissimum pro executione præinsertarum Litterarum in dicta Provincia Lisbonen. ejusdem Ordinis, a probata vero pietate ejusdem Joannis Regis, cui prædicta petitio visa non fuerat rationi congrua, fuerant rejecti, imo idem Joannes Rex significaverat tunc existenti ejusdem Provincia Provinciali, simile indultum pro suis Regnis, et ditionibus non acceptare, utpote solam Regularem disciplinam respiciens, et ad instantiam ipsius Philippi Regis pro Fratribus degentibus in Civitatibus, Terris, et Oppidis suæ ditioni subjectis concessum, simulque tam ipsum Provinciale Provincie Lisbonen. tunc existentem, quam alios in posterum successores monitos voluerat, ut in hac ipsa Provincia habitus hujusmodi mutationem non admitterent, sed dictos Fratres Donatos cum habitu a memoratis Constitutionibus præscripto conservarent: ac insuper lectis in Comitibus ejusdem Congregationis in Civitate Burgensi postmodum habitis ejusmodi præinsertis Literis, tunc existens Definitorium Generale ipsius Congregationis, cui executione præinsertarum Litterarum commissa fuerat, declarayerat unanimi voce, privilegium in dictis præinsertis Literis concessum, extendi non posse ad alios, quam ad Donatos professos in ditionibus ipsi Philippo Regi subjectis, quodque et in tribus aliis subsequentibus Capitulis generalibus ejusdem Congregationis confirmatum fuerat; imo cum in supradicto Definitorio Generali interfuisset Definitorio Lisbonen, iste expresse et solemniter protestatus erat suo Provincieque, et etiam ejusdem Joannis Regis nomine, præinsertas Literas nunquam executioni mandaturas in ipsa Provincia et Regno Lusitanie, utpote qui intendebant Constitutiones præfatas observare, et magnas perturbationes ex tali innovatione orituras evitare.

§. 3. Ac propterea ipsi exponentes, cum Fratres Donati Provincie præfate

Religiosi Donati in Portugallia et Algarbiõrum Regnis existentes putarunt privilegium immutationis palbi ad eosdem esse extendendum.

Præpositus, et Definitorium Generale po-

stimulant ne pal-  
li immutatio  
pro Religiosis  
Provincia Lusitaniae exten-  
datur.

in eadem jactatione perseverent, sed per injuriam, et non levem perturbationem eidem Congregationi afferant, quasdam veluti seditiones, mutuis inter se Epistolis commoventes, memoratis incommodis, et adhuc majoribus, quæ timentur, de benignitate Apostolica per Nos occurrere, et providere plurimum desiderabant, declarando per alias Nostras Literas, indultum a Benedicto Prædecessore fratribus Donatis Regnorum Hispaniarum, ad Fratres Donatos hujusmodi Provinciae Portugalliae non extendi, neque illos comprehendi, perpetuumque ipsis silentium imponendo, ac demum confirmando determinationes Capitulorum, Congregationis prædictæ, Generalium ita statuentes, ac insuper inhibendo ipsis Fratribus, qui professi inveniuntur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, et aliis ne per se, vel per aliam interpositam personam, nec intra nec extra Congregationem prædictam talem, vel aliam habitus mutationem tentent, sed habitu, cum quo professionem per dictos Donatos emitti solitam emiserant, et a Constitutionibus prædictis præscripto, semper utantur; illos vero, qui in posterum contigerit ad professionem regularem prædictam admitti, quarto voto, vel juramento de non quærendo per se, vel per alium, prædictam habitus mutationem astringendo.

Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium declarat, brevè Benedicti XIV. non esse extendendum ad Provinciam Lusitaniae.

§. 4. Nos supplicem iibellum hujusmodi, Nobis porrectum, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositæ remisimus, quæ quidem Cardinalium Congregatio, referente, dilecto Filio Nostro Friderico Marcello S. R. E. prædictæ Presbytero Cardinali Lantes nuncupato, hujusmodi causæ Ponente, censuit rescribendum prout præsentis Decreti vigore rescripsit, ac decrevit = Fratres Donatos Provinciae Lusitaniae non esse compræhensos in Brevis Sa. Mem. Benedicti XIV, ideoque teneri deferre habitum ad formam Constitutionum. Romæ 26 Januarii 1759 = C. A. Card. Cavalchini = P. H. Guglielmi Secretarius = Cum autem sicut dicti Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderant.

Sacra Congregationis Episcoporum, et Regularium re-

§. 5. Nos igitur, ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, et eorum singulares per  
*Bull. Rom. Tom. I.*

sonas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore consentes, supplicationibus eorum nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Cardinalium Congregationis decretum, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus: illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

solutio appro-  
batur, et con-  
firmatur.

§. 6. Decernentes easdem præsentis Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis Exponentibus plenissime suffragari, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter, et inconcusse observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scierit, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvii. Februarii MDCCLXIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Clausula sub-  
blata, et de-  
cretum irri-  
tans.

XLI.

Suum dolorem, sollicitudinemque exprimit ob conceptum timorem secularizationis nonnullarum Ecclesiarum Germaniæ.

Dat. die 17.  
Febr. 1759.  
Ann. I.

*Litteræ Pontificiæ, de quibus in præsentibus expressa est mentio, relatæ superius jam sunt, sub Num. XIX., et XX.*

Venerabili Fratri Clementi Augusto Archiepiscopo Coloniensi S. R. I. Principi Electori.

Clemens PP. XIII.

Venerabiles Fratres Salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **U**bi primum proxime elapso Anno tum per celeres Fraternitati Tuæ Litteras mense Septembri ad Nos datas de

Ordinarius,  
ac Nunciis A-  
postolicis in-  
junxisse nar-  
rat, ut dili-

genter cave-  
rent, ne in  
pacis tracta-  
tionibus ullum  
detrimentum  
Germaniæ Ec-  
clesiis inferre-  
retur.

aliquo pacis tractatu forsitan ineundo, tum per aliorum epistolas a Germania ad Nos itidem missas, de concepto secularizationis, ut ajunt, quarundam istarum Germaniæ Ecclesiarum timore nuntium accepimus; statim ut gravissimo Apostolatus Supremi muneri satisfaceremus, Ordinariis Nostris et Apostolicæ hujus S. Sedis Nuntiis præsertim Viennensi, et Parisiensi etiam, atque etiam injungere, Domino miserante, non omisimus, ut omni majori diligentia, studioque caverent, ne, si ullæ susciperentur pacis tractationes, vel minimum Nostræ sacrosanctæ Catholici Religionis cultui, et Episcopatibus aliisque Germaniæ Ecclesiis præjudicium, ac detrimentum inferretur. Præterea iisdem Nuntiis Nostris præcipue in mandatis dedimus ut maxima dexterritate, et prudentia curarent, ne quispiam unquam suspicari, aut sibi in animum inducere posset, præsens bellum Religionis haberi, atque extimari.

Catholicis  
nonnullis Prin-  
cipibus datas  
jam fuisse Apo-  
stolicas Literas  
hac de gravissi-  
ma re, com-  
memorat.

§. 2. Imò hisce quoque de Rebus gravissimis ad Carissimos in Christo Filios Nostros tum Franciscum in Romanorum Imperatorem electum, et Mariam Theresiam Hungariæ Reginam Apostolicam, et Boemiæ Reginam Illustram, in Imperatricem Electam, tum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum efficacissimas literas dedimus, quibus mirum in modum adjuvamus paternas preces atque adhortationes. Porro Christianissimus Rex præ cæteris, sua ad Nos scripta Epistola, profitetur, se nunquam fore passurum, ut omne Regiæ suæ Auctoritatis hoc in Negotio argumentum desideretur. Unde cum de præsentis, nova etiam a Fraternitate Tua incitamenta excipiamus, ob nova, qui de tam nefarii exitiosique consilii executione sparguntur, rumores, nil aliud certe præstare poteramus, quam eadem mandata studiaque Nostra apud laudatos Nuncios renovare, et ardentius urgere, ac potissimum Parisiensi Nuntio, uarum Ecclesiarum tantopere hoc bello vexatarum rationes impensius commendare, quemadmodum revera jam præstitisse Tibi significamus.

Suum Apo-  
stolicam solli-  
citudinem  
nunquam de-  
fecturam pro-  
mittit.

§. 3. Neque profecto ulla in posterum Ministerii ac sollicitudinis Nostræ partes Nobis reliquas faciemus, quas communi, Germanicæ Religionis causæ, vel Ecclesiis Pastoralis Tuæ curæ commisisse profuturas fore intellexerimus. Idque eo libentius et alacrius, Nos effecturos certo Tibi persuadeas, quo magis iis de Rebus agitur, quæ Fraternitatem Tuam tum proprius quam Inclina-

tæ Bavaricæ Domus in Rem Catholicam meritis insignem proprius attingunt. Post hæc nihil aliud superest, quam ut Nos quidem levantes manus Nostras in Cælum, preces ferventius renovemus ad Deum Nostrum, atque indignationem suam modis omnibus placare studeamus; ipse vero misericordiarum Pater, et totius consolationis Deus, commues curas, studiaque Nostra cælesti sua Benedictione prosequens, terribili belli flagellum a populo suo avertere, et Catholicam Religionem semper tueri, et provehere dignetur. In cujus optatissimi eventus auspiciam Fraternitati Tuæ Apostolicam Benedictionem, ex intimo corde depromptam, elargimur. Datum Romæ die xvii. Februarii Pontificatus Nostri Anno Primo.

## XLII.

De gravi, contra Portugalliæ, et Algarbiorum Regis vitam scelere comisso, mærorem exprimit, eidem gratulatur de valetudine recuperata; de atrocis sceleris punitione salutaria præbet consilia.

Dat. die 22.  
Febr. 1759.  
Ann. I.

Carissimo in Christo Filio Nostro Josepho Portugalliæ, et Algarbiorum Regi Fidelissimo.

Clemens PP. XIII.

§. 1. Quem antea, ex diuturno, licet non satis comperto, Majestatis Tuæ incommodo dolorem Animo conceperamus, magnopere quidem sublevarunt istius Nostri, et Apostolicæ Sedis Nuntii literæ, superiore mense Decembris conscriptæ, quibus de confirmata Majestatis Tuæ valetudine certiores Nos fecerat; simulque humanissimas erga Nos filialis observantiæ Tuæ significationes, una cum excusatione, quod ad priores literas Nostras, eodem incommodo detentus, nondum rescripseras, ipsius Regiæ Majestatis Tuæ jussu, distincte retulerat. Sed nova se Nobis objectit gravissimi mæroris occasio, ex quo patefactam intelleximus obscuram eousque præfati incommodi causam. Exhorruit siquidem Paternus animus Noster, tum ad magnitudinem periculi Regiæ Tuæ vitæ intenti, tum ad inauditam atrocitatem sceleris, injuriæque optimo Principi illatæ, cujus eximiis virtutibus omnium Subditorum Fide, et Amore mutuo, responderi æquum erat.

Læsetur de  
recuperata Ma-  
jestatis Tuæ va-  
letudine.

Suum mæ-  
rorem signifi-  
cat ob patrum  
crimen,  
contra Regiæ  
Majestatis vi-  
am.

Preces Deo  
O.M. porrectas  
enarrat pro  
Majestatis Suae  
incolumitate.

§. 2. Sed quoniam perspicuo Dei beneficio, sub cuius tutela Regum dies sunt, gravissimum vitæ discrimen feliciter evasisti, et optata corpori tuo salus jam rediit, sicuti Nos jam pridem ad restitutæ valetudinis Tuæ Nuntium, non modo privatim Deo O. M. gratias egimus, verum etiam Ecclesiam hanc S. Antonii Lusitanæ Nationis, dum eam ob causam publicis precibus frequentabatur, palam adivimus, ibique pro Regiæ Personæ Tuæ incolumitate vota Nostra reddentes, diurnam Tibi rerum omnium prosperitatem enixe deprecari non omisimus; ita nunc officii Nostri partes esse putavimus, præsentibus Nostri Literis Majestati Tuæ gratulari; Teque simul hortari, ut in manifesta Omnipotentis Dei protectione, eaque, quam Tibi promeruisti, subjectæ Tibi Nationis observantia, et pietate acquiescens, erecto, et securo Animo ad procurandam Regnorum Tuorum tranquillitatem, et fidelium Populorum felicitatem, studia tua cogitationesque convertas.

Hortatur, ne  
a Laicis Magi-  
stratibus pro-  
cedi permittat  
contra Eccle-  
siasticas per-  
sonas, quoties  
eos in scelere  
comisso imple-  
xos adinveniri  
contingat.

§. 3. Porro minime suspicari, aut in Animum inducere possumus, aliquem e seculari, aut e Regulari Clero repletum esse, adeo Christianæ, ac etiam Naturalis Legis immemorem, ut impio, et nefario sceleri operam, auxilium, consilium, aut assensum præbuerit. Quod si quis forte id ausus fuisset non dubitarem asserere, eo majorem censendam fore illius culpam, quo major in Ecclesiasticis hominibus esse debet inviolabilium legum cognitio; quarum etiam custodiam verbo, et exemplo populis suadere, et commoustrare tenentur. Si tamen eorum quispiam diabolica perfidia in tam horrendum crimen abreptus fuisset, Nos sane de respecta Majestatis Tuæ Religione, et pietate confidimus, Te minime passurum esse per Laicos Magistratus adversus hujusmodi reos ita procedi, ut quod degeneres Ecclesiæ Ministri peccaverint, in ipsius Ecclesiæ injuriam, et dedecus convertatur, ut Sacrarum Legum violatio, publica Canoniarum Legum perculcatione, non sine Fidelium scandalo, vindicari videatur. Longe id fore speramus a Majestate Tua; quam perpetuo Divinæ gratiæ favore gaudentem cupimus, nihilque admittere optamus, quod recti justique fines excedat; nihil, quod cælestem iram, atque vindictam in Te, et in Regnum tuum concitare valeat.

Ecclesiasti-  
cam Potesta-  
tem, suorum

§. 4. Non deerunt profecto Ecclesiasticæ potestati zelus, et vigor, qui-

Bull. Rom. Tom. I.

bus suorum Ministrorum delicta pro merito puniat; et simul, quæ fides superem Principibus servanda sit, sicuti præceptis docere, et hominum cordibus altius inserere, et inculcare non desinit, ita etiam, justæ severitatis exemplis in transgressores canonicè statutis, luculenter ostendat. Quod nos pro paterna charitate, qua mentem Tuam in Domino amplectimur, scribendum tibi esse duximus; ut dum corporalis valetudinis integritatem Tibi reducem gratulamur, conscientiæ quoque Tuæ, securitati consulere non omittamus. Accipe igitur carissime in Christo Fili Noster hoc ipsum sinceræ benevolentiæ Nostræ pignus, simulque Apostolicam Benedictionem, quam Tibi, totique Regiæ familiæ amantissimæ impertimur. Datum Romæ die xxii. Februarii 1759. Pontificatus Nostri Anno primo.

Ministrorum  
delinquentium  
vindictam esse  
debere suadet.

### XLIII.

Confirmatur Decretum Regis Catholicæ, super translatione Militiæ S. Mariæ de Montesa, e veteri diruto Conventu, ad Palatium del Temple, et super unione reddituum hujus Prioratus, sub novellis reservationibus.

Dat. die 5.  
Martii 1759.  
Ann. I.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit Carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus, quod ipse alias uti Administrator perpetuus Militiæ Beatæ Mariæ de Montesa auctoritate Apostolica deputatus die xxvi. Augusti Anni MDCCCL. decrevit, ut, atteata omnimoda eversione Conventus ejusdem Militiæ effecta propter terraemotum, qui anno 1748. in Regno Valentia evenit, omnes Fratres dictæ Militiæ, qui in dicto Conventu tunc existebant, et ex ruinis immunes evaserunt, in Regio Palatio del Temple nuncupato memoratæ Militiæ in Civitate Valentia existente sese transferrent, donec et quousque dictus Conventus dirutus, pro commodo, et servitio eorundem Fratrum reficeretur, seu alius Conventus de novo construeretur, et sub inde idem Ferdinandus Rex, accepto prius quod propter translationem Fratrum ejusmodi Militiæ a Conventu diruto ad idem Palatium del Temple Militiæ præfatæ sequitam, ne-

Narratur: Ga-  
tholici Regis  
decretum: su-  
per translatione  
Militum S.  
Mariæ de Mon-  
tesa e veteri  
diruto Con-  
ventu, ad Pala-  
tium del Tem-  
ple.